cõmixtionez aeris. Et si fuerit meridionalis sigt rixam que aduenient hoibꝰ cũ mortalitate multa: ꝛ pauca tpantia aeris. Et si fuerit orientalis sigt illud motum pluuiaruz ꝛ aliquid accidere in locis illis. Et si fuerit occidentalis significat illud malicias consuetudinum regis cum multis cõmixtionibus aduenientibus in hoies ꝛ rumores terribiles: et inuerecundiam latronũ: ꝛ apparitionẽ variolarũ. Et si fuerit retrogradus sigt cogitatũ qui aduenient regibus: et mortem homis excellentissimi: ꝛ precipue in parte meridiei cum minutione precij domoꝝ ꝛ tendarũ. Cunqz apparuerit in eodez sub radijs sigt illud vehementiam frigoris in oriente ꝛ occidente et multas pluuias ꝛ flatũ ventoꝝ: ꝛ casum mortis in camelos et boues cum destructione arboꝝ ꝛ paucitate panis et vini: ꝛ precipue in parte occidentis.

¶ Et si fuerit eg distans signo ♊ figt multam mortez aduenire in viros cum pigricia in pscrutationibus z tarditatez motus in eis z motum exercituū et inimiciciā eorum et eos destruere propter illam causaz multas terras cum casu niuium z vehementia aque ductus propter eas: z incessantē flatum ventorum validorum et multitudinem pluuiarū: z bonā cōmixtionez aeris: et corruptiōz agriculture. ♌ si fuerit latitudo eius septētrionalis figt aduentū terremotuum z validos ventos

Et si fuerit meridionalis figt siccitatem aeris: et vehementiam caloris: et paucitatem arborum. Et si fuerit orientalis significat egritudinem regum. Et si fuerit occidentalis significat grossiciem aeris z paucitatem pluuiarū. Et si fuerit retrogradus significat reges dissipare census z qui fuerint in archis suis. Et si apparuerit in eo de subradijs significat illud vehementiam frigoris z valitudinez ventorum et multas aqs: z panē corrumpi: z cadere mortalitatē in partē septentrionis.

¶ Et si fuerit eg distans signo ♋ figt illud apparentiā egritudinū accidentaliuz hominibus ꝓpter causas ventositatum z reumatismos accidētales z tusses et pleuresim: z figt multā peregrinatiōz hoim a locis suis propter malos aduētus qui adueniēt inter eos z cōmixtiones cū egritudinibus que aduenient senibus ꝓpter superfluitatē sanguis in corporib⁹ eorum: z significat multū gelu z pluuias z aquas. Et si fuerit latitudo eius septentrionalis figt in uolutionem rerū z inequalitatē earuz. Et si fuerit meridionalis



significat multas pluuias. Et si fuerit orientalis figt multitudinez pluuiarū z augmentum aquarum z fluminum. Et si fuerit occidentalis figt dolores

qui aduenium hominibus in oculis et morbidum: et mortem multam que cadet in mulieres cum proficuo qđ ꝺsequentur que arant. Et si fuerit retro gradus significat mortem que aduenier nobilib⁹. Et cum apparuerit in eo de subradijs significat egritudines que aduenient hominibus in pectorib⁹ cum vehementia tussium: ⁊ multitudinem insurgentium ⁊ depredationem eorum in conuuijs cum multitudine bellorum et effusione sanguinum: et quietudinē ventoꝝ: ⁊ cadere pestes in pane: ⁊ paucam vindemiam ⁊ bellū.

¶ Et si fuerit egdistans signo ☊ figt illud multas infirmitates venire mulierib⁹ sicut morbillos ⁊ febres cottidianas et tercianas: ⁊ mortē cadere in eas: ⁊ multos latrones ⁊ infortunium ⁊ bella: ⁊ precipue in parte orientꝭ: et incessantem flatū ventoꝝ calidoꝝ in dieb⁹ venenosis: ⁊ paucitatez pluuiarū: ⁊ vehementē ficcitatez ⁊ erit in parte orientꝭ cum bona aeris cōmixtiōe: ⁊ forsan accidet mortalitas. ☌ si fuerit eius latitudo septētrionalis significat involutiones ⁊ inequalitatē earū Si fuerit meridionalis significat multitudinez pluuiarum. Si fuerit orientalis significat augmentū fluminū ⁊ inundationem eorum. Si fueri t occidentalis significat egritudinem que aduenier mulieribus et precipue mulieribus regum cum proficuo earum propter illam causam et fortasse consequentur febres tercianas. Si fuerit retrogradus significat corruptionem aeris ⁊ mortalitatem ⁊ vehementiaz ventorum calidoꝝ in diebus venenosis. Cum apparuerit ī eo de subradijs ☉ significat illud causam guerrarum ⁊ bellorum: ⁊ multitudinem febrium et mortem aduenire hominibus cum eo ☿ accident eis pestes et venena et morsicatio serpentum cum vehementia calorum: ⁊ mora dierum venenosorum: et paucitatem pluuiarum cum multa siti cum validitate ventorum. Et cum fuerit ♃ et ☽ propinqui ei soluitur quod diximus de morte et egritudine. Si fuerit ♂ ⁊ ♀ propinqui ei significat vehementiaz interfectionis in parte orientꝭ. Si fuerit ♄ propinquus ei significat mortem magnatum

¶ Et si fuerit egdistans signo ♍ significat illud corruptionē que adueniet hominib⁹: et rumores terribiles multos: ⁊ consequēt nobiles infortuniuz cū aduentu bubonū accidentium mulierib⁹ ⁊ precipue virginib⁹ ⁊ iuuenibus cum corruptione aeris ⁊ medio critate pluuiarū ⁊ fortasse multi plicātur. ♎ si fuerit latitudo ei⁹ septentrionalis significat bonaz aeris cōmixtionez. Si fuerit meridionalis significat illud idem. Si fuerit orientalis sīgt multitudinem pluuiarum et tonitruorū ⁊ chorusca tionum ⁊ augmentuz aquarū in fluminibus. Si fuerit occidentalis sīgt egritudinē que adueniet regib⁹ ꝓpter dolores oculoꝝ ⁊ reumatismos cū paucitate pluuiarū. Si fuerit retrograd⁹ sīgt plebē esse regib⁹ suis. Si appuerit in eodez de subradijs ☉ ⁊ cū eo fuerit ♀ sīgt casum mortis in mulieres ⁊ p̄cipue in v̄gines earū: ⁊ paucitatē pluuiarū: ⁊ accidere febres acutas: ⁊ interfectiōz inter occītales ⁊ septētrionales accidere ꝑdigia q̄ adueniēt ī aere. Si fuerit ibi ♂ accidēt bella. Si fuerit ♆ turbatur aer ⁊ efficient̄ venti validi. Si fuerit ibi ♃ sīgt paucitatem mortis: ⁊ accidere locustas in redditib⁹ cum eo q⁹ apparebunt pestes ⁊ nocumentum.

¶ Et si fuerit egdistans signo ♎ significat q⁹ accident hominib⁹ dolores cordium et ventrium et egritudines febriū ex pte humiditatū ⁊ multitudinē sepationis mulierum a coniugibus suis: et propter illas causas ꝯsequentur nocumentum ⁊ infortunia cum incessante flatu ventorū dierum calidorum venenosorū: ⁊ bonaz cōmixtionem aeris: ⁊ paucitatē panis et vini. Et cum fuerit latitudo ei⁹ septentrionalis sīgt illō multum flatum ventorum. i. fortitudinem eorū. Et si fuerit meridionalis sīgt apparentiā mortiz



in hominibus. Et si fuerit orientalis sig̃t ꝙ accident hominib⁹ egritudines ⁊ cõmixtiones eis nocentes. Et si fuerit occidentalis sig̃t siccitatem aeris ⁊ paucitatem pluuiarũ: ⁊ vehementiam frigoris. Et si fuerit retrogradus sig̃t aduentum egritudinũ longarũ in hoĩes ⁊ p̃cipue in oribus ⁊ auribus cum paucitate eq̃litatis cõplexionis corpoꝝ. Et si fuerit appitio ei⁹ de subradijs ☉ in eo sig̃t aduentũ bellorum. Et si ibi ♂ corroborabitur illud: ⁊ accident hominibus timores saluatici. Et si aspexerit ♃ aut ☽ destruunt̃ bella: ⁊ sig̃t illud casum mortalitat⁊ qui accidet hominib⁹ ⁊ mortẽ cum multis guerris ⁊ obfuscationem aeris ⁊ conturbationem aeris et fortitudine ventorum et vehementiã calorum: ⁊ ꝙ multi hominũ superabuntur a mulieribus suis: ⁊ paucitatem panis et vindemie ⁊ olei.

¶ Et si fuerit eqdistans signo ♏ sig̃t illud paucam equalitatez cõplexionũ corporũ hoĩm ⁊ mortẽ cadere in eos et p̃cipue in iuuenib⁹: et multiplicabunt̃ in senib⁹ egritudines cũ nocumento inimicorum: et vehemẽtia frigoris hyemis cum exuberatiõe niuiuz destruentiũ messes. Et cũ fuerit ei latitudo septentrional̃ sig̃t illud vehementiaz caloris ⁊ lippe Et si fuerit meridional̃ sig̃t illud multitudinem pluuiarũ et humiditatũ. Et si fuerit orientalis sig̃t illud inimicos facere guerrã regibus ⁊ ipsos esse in angustia ꝓpter illas causas. Si fuerit occidentalis sig̃t egritudinez que aduenient regibus in quibusdã eorum mulierib⁹ cum eo ꝙ muliereres q̃rent quietem ⁊ tardum sibi motuz: ⁊ parum erunt obedientes ꝓpter illas causas. Si fuerit retrogradus sig̃t impedimentũ rerũ in tarditate motus: ⁊ multos rumores terribiles: ⁊ siccitatez aeris: ⁊ conturbationẽ hoĩm. Si apparuerit in eo de subradijs ☉ sig̃t effusionẽ sanguinũ inter partem septentrionis ⁊ occident⁊ ⁊ multas mortes vetularuz cum morte infantium. Si fuerit ♃ ⁊ ☽ ꝓpinqui ei sig̃t dolorem oculorum: ⁊ casum lapidum in vesicas eorum: ⁊ sig̃t multas choruscationes ⁊ inundationes aquarum: ⁊ vehementiam ventoꝝ: ⁊ vehementiam frigoris: et casum niuium. Si fuerit ♂ ei propinquus sig̃t corruptionem arborũ ⁊ messium: ⁊ paucum proficuũ terrarum. Si fuerit ♃ propinquus ei sig̃t paucitatẽ morbi: ⁊ claritatem aeris: ⁊ egritudines aduenire hominibus in oculis.



¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat illō accidēs bubonum accidentiū hominib⁹ z pcipue nobilibus eox z electis eox cum vehementia dolorum in oculis: z erit interfectio in parte orientis' cuz multis angustijs que aduenient mulieribus z casum locustarū z casuz mortis in aues z bonā aeris cōmixtionez. Si fuerit latitudo eius septētrionalis significat illud flatum ventorū. Si fuerit meridiana significat stabilitatē rerū z velocitatez pmutationis earū. Si fuerit orientalis significat multas febres aduenire hominib⁹. Si fuerit occidētalis significat casuz infortuniorum et planctus in homines z deppessionē eox que fuerit in senectute z vilipēdiū eorum cum impedimento rerū super eos z debilitate eox et bonā aeris cō mixtionē. Si fuerit retrogradus significat caristiā panis. Et si apparuerit in eo de sub radijs significat casum mortis in magnates z casum bellorum in parte occidētis. Si fuerit ppinquus mars z venus significat illud paucitatē mortis cū multis infirmitatibus que aduenient ex doloribus oculox z reumatismis z morbos z apostemata z febres z dolores coxarū, z mortē auiuz: z expansionē locustarum cuz paucitate panis z vindemie z olei.

¶ Et si fuerit equidistans signo capricorni significat destructionē maximā rerum factarū. i. preparatarū z casum timoris in homines z rumores terribiles cum multitudine pluuiarū z aduētū terremotum z decorruptionem agriculture: z redditus aquaruz ppter multas aquas z humiditates. Si fuerit latitudo eius septētrionalis significat multaz niuem cadere z gelu z vehementiā frigoris z super habundātiaz

humiditatū. Si fuerit meridiana significat illud idez. Si fuerit orientalis significat multā mulierib⁹ mortem. Si fuerit occidētalis significat apparē tiam inimicoꝝ ꝛ cadere conturbationē in hoies ꝛ destructionē ambulan/tium cum multa difficultate trāffretandi sup mare. Si fuerit retrogradus significat multam hominū cōturbationē ꝛ suſurrationē cū diſſipatione pe cuniarū ꝛ multitudinē casus elemosinarū inter homines. Et ſi apparuerit in eo ſub radijs significat casum grandinis cum vehementia pluuiaꝝ ꝛ va litudine ventoꝝ. Si fuerit iupiter propinquus ei significat aduentum bel/lorum in parte orientis: ꝛ multas aduenire peſtes in terras: cuz multa vin/demia ꝛ oleo.

¶ Et ſi fuerit apparitio eius in ♎ significat timores et homi/nes occidere ꝛ multos vapores in mūdum ꝛ multas gnerras et cōtrarietatem quorūdam ciuiuz climatum cum quibuſdam regi/bus ꝛ principibus ſuis ꝛ oppri/mere eos ꝛ proijcere eos de ter/ra ꝛ caſuz mortis ꝛ morbi ī ado/leſcētes mulieres. Si fuerit duo luminaria propinqua ſigt pauci tatem olei: anguſtias que adue/nient hominibus terribiles ꝛ do lores qui aduenient mēbris cuz impetu aquaꝝ ꝛ minutione red dituum ꝛ expanſione locuſtarū ꝛ deſtructionez vindemie ꝛ olei.

¶ Et ſi fuerit equidiſtans signo ♎ ſignifi/cat caſum mortis in homines ꝛ rumores terribiles ꝛ vehementiaz timoris propter illam cauſam ꝛ peregrinationē plurium a locis ſuis: ꝛ multas locu ſtas ꝛ multitudinem pluuiarum ꝛ inundationuz nocentium hominibus et inceſſantem flatum ventoꝝ ualidorum ꝛ euentus terremotuum ꝛ accidet arboribus ꝛ pane ꝛ vino detrimentum in illo anno. Q ſi fuerit latitudo ei⁹ ſeptentrionalis ſigt deſtructionē cadere in arbores. Si fuerit meridiana ſigt multitudinē nubium ꝛ ſuperfluitatem pluuiarum. Si fuerit orientalis ſigt illud q aduenient regibus anguſtie ꝛ triſticie. Si fuerit occidentalis ſigt multitudinez conſtrictionū hominibus aduenientiū ꝛ mortem cadere in eos qui fuerint in ſenectute cum aduentu humiditatū ꝛ corruptione. Si fuerit retrogradus ſigt niues cadere ꝛ vehementiā frigoris.

¶ Et si fuerit equidistans signo piscium significat ꝙ accidet hominibus mors propter turbationez que erit inter eos ⁊ precipue nobiles ⁊ dn̄os cum vehementia caloris ⁊ frigoris in temporibus vtriusq̄ ⁊ paucam seruationem reddituum fructuū. Si fuerit meridiana significat multitudinē pluuiarum ⁊ augmentum fluminū. Si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem flatus ventorū. Si fuerit orientalis significat paucitatem pluuiaruz ⁊ mediocritatem aeris ⁊ multam cōmixtionē. Si fuerit occidētalis significat ꝙ accident regibus angustie ⁊ tristicie propter motum inimicorum ⁊ multas infirmitates aduenire ex reumatismis. Si fuerit retrogradus significat mortem aduenire hominibus nobilibus. Si apparuerit in eo significat multitudinē aquaruz ⁊ aqueductuū ⁊ corroborationē frigoris ⁊ aduenire malum hominibus. Si fuerit mars ⁊ venus ꝓpinquus ei aut in oppositione eius significat illud ꝙ accident hominibus dolores oculorum cum paucitate pluuiarum ⁊ panis ⁊ euasione arborum ⁊ multiplicationē earum: ⁊ precipue arbores oliuarum. Et postq̄ venim⁹ cum eo ꝙ narrare voluimus. Compleam⁹ ergo dr̄am primam.

Iupiter

Differētia.2.in qualitate scīe significationū iouis ſm illud.

POstq̄ illud p̄misim⁹ itaq; in differētia prima sciam ꝓprietatē significationū saturni singulariter cuz ei fuerit dn̄m alhibuzez sup ascēdentia alicui⁹ inceptionis aut fuerit alteiodeia aut aberbutharia ei aut apud equistantiā eius in omnib⁹ signis ſm modū cōmixtionis. Tractem⁹ itaq; ī hac dr̄a qualiter scia mus ꝓprietatē significationū iouis ſm illud. ¶ Dicamus ergo q̄ cū fuerīt ei significationes quas p̄dixim⁹ ⁊ fuerit appropriat⁹ eis ſm spēm humanā fit illud magnā vmbrā regū ⁊ excellentiā rer̄ suar̄ ⁊ multas donatiōes earū ⁊ altitudinē ordinū eor̄ ⁊ habere quosdā vasellos suos suspectos ⁊ eos ꝓficere ei ꝓpter illā cām cū ꝓsperitate eē regis babylōie ⁊ arabie ⁊ erit guerra magna ī romanis ⁊ morietur magn⁹ vir ex eis ꝓpter incarcerationes ⁊ retentionē ⁊ custodiā domor̄ pecuniar̄ sigt ⁊ facilitatē laboris sup

ciues terrarū in redditib⁹ ⁊ hoīes vti in veritate in sermonibus suis ⁊ appa
rentiā bonā ⁊ sanitatē corpoꝝ ⁊ aliarū ⁊ prosperitatē esse mercatoꝝib⁹ ⁊ bo
nitatē acquisitionis ⁊ lucroꝝ ⁊ multas mulierū cōceptiones ⁊ precipue ma
sculoꝝ ⁊ puenire natos ad cōplementū. Q⁊ si fuerit istud scōm speciē bestia
lem ⁊ p̄cipue quibus vtunt̄ hoīes sig̃t illud multitudinē illius ⁊ augmentū
eius ⁊ aduenit ꝓpter hoc q⁹ fuit ex eo ꝑm cōtrariū illius destructio ⁊ mors
Et si fuerit significatio eius ꝑm elementū aereū sig̃t illud multas plunias ⁊
flatum ventoꝝ ⁊ humiditatē aeris ⁊ bonā eius temperantiā. Et si fuerit si
gnificatio eius ꝑm elementū terreū sig̃t ꝓpalationē cū multis arboribus ⁊
meliorationē frumēti ⁊ ordei: ⁊ fortasse cadit vēma in messes ⁊ distrahit ea
Et si fuerit eius significatio sup elemētū aquaticū significat euasionē equi
tantiū in mari ⁊ multas inundationes fluminū.

¶ Sed significatio eius ꝑm partē cōmixtionis eius
signo arietis cū fuerit ei equidistans sig̃t casum liti
gioꝝ ⁊ timoris inter hoīes alhorate ⁊ armenie cū sa
nitate corpoꝝ hominū: ⁊ fortasse multi planctus ⁊ in
firmitates ⁊ dolor capitis ⁊ erit fortius illud in quar
ta autūpnali ⁊ vehementiā caloris in principio eius
⁊ vehementiaz frigoris in quarta hiemali ⁊ multas

pluuias ⁊ inundationes ⁊ humiditates cum multo additamēto ⁊ augmē
to panis ⁊ plantationes arboꝝ ⁊ vinearū. Et cū fuerit latitudo ei⁹ septētrio
nalis sig̃t vehemētiā caloris ⁊ multitudinē ventoꝝ calidoꝝ. Et cum fuerit
meridiana sig̃t vehementē aeris frigiditatē. Et cū fuerit orientalis sig̃t re
ges honorare senes de ciuib⁹ domus sue ⁊ suos seruientes cū multitudine
pluuiarū ⁊ humiditate aeris. Et si fuerit retrogradus sig̃t nocumentum in
omnibus rebus sup quas sig̃t ⁊ si apparuerit in eo sub radijs sig̃t infirmita
tes ⁊ dolores capitū cū motu colere in corpib⁹ suis ⁊ multas aues ⁊ dura
bilitatē flatus ventoꝝ septētrionaliū ⁊ longitudinē hyemis cū multa quie
tudine ⁊ casu niuiū ⁊ augmētatione fluminū ⁊ bonitate estatis ⁊ euasione
redditū hereditatis que sunt in plano ⁊ multa vindemia.

¶ Et si fuerit equidistās signo thauri sig̃t mortē que
aduenient ꝓpositis ⁊ nobilibus et multā hominuz
decoratione ⁊ grauitatē eoꝝ ⁊ fortasse accidunt eis
dolores oculoꝝ cum paucitate auiū ⁊ sig̃t vehemen
tiā frigoris nocentis ⁊ multas pluuias ⁊ terremotus
in initio quarte hyemalis ⁊ multas niues i medieta
te eius: ⁊ erit quarta estiualis tempata et fortasse tē

porabit̄ calor ⁊ siccitas ⁊ in quarta autūpnali cū multitudine panis et vini
⁊ diminutione arboꝝ cū angustia quā occurrēt equitantes in mari ex ad
uersitatibus. Et si fuerit ei⁹ latitudo septētrionalis sig̃t illud bonā aeris cō

mixtionē. Et si fuerit meridiana sigt pmixtionē cōiunctionis eius t paucā qualitatē eius. Et si fuerit orientalis sigt supfluitatē pluuiarū. Et si fuerit occidentalis sigt mortē quarundā mulierū regum t quorundā senū ex nobilibus suphabundanē: sigt etiā cōmotionē inimicoꝝ sup reges. Et si apparuerit in eo significat mortē quorūdā inimicoꝝ sapientū notoꝝ t durabilitatē pluuiaꝝ in hyeme cū cōmixtione aeris t casu niuū in medietate eius t fortitudine ventoꝝ t durabilitate frigoris vehementis in fine eius cum bonitate estatis t supnitate eius t corruptione eius.

¶ Et si fuerit equidistans signo geminoꝝ significat multos dolores aduenire hominibꝰ in oculis t precipue pueris t mulierib⁹ t significat multā mortem ī eis t causam illius vehemētiā caloris t mortē cadere in bestias t erit quarta autūpnalis tempata cū vehementia frigoris in quarta hyemali t paucū nocumentū eius t incessantē flatū ventoꝝ occidentaliū t multiplicabit panis t vinū t precipue in parte occidētis cum corruptione messiū t diminutione aquarū t fortasse augmentabunt aque fontiū. Et si fuerit latitudo eius septentrionalis sigt flatū ventoꝝ t temperantiā eorum Et si fuerit meridiana significat fortitudinē estatis t multitudinē ventorū calidoꝝ t siccitatē eius. Et si fuerit orientalis significat multas pluuias et vehementiā frigoris. Et si fuerit occidētalis significat multas tristicias aduenire regibus t parum vti laudibus t glorijs. Et si fuerit retrogradus significat multos rumores terribiles t bellū. Et si apparuerit ī eo significat multos oculoꝝ dolores aduenire hoib⁹ t multā mulierib⁹ mortē t multas pueris egritudines t corruptionē fructuū arboꝝ t paucitatē aquarū fōtiū.

¶ Et si fuerit equidistās signo cancri significat potētiā regū t magnitudinē eorū t multas infirmitates aduenire hoibus minoribus t fortasse corpa sanabunt ī quarta autūpnali cū multo calore t vehemēti frigore t precipue versus partē orientis cū multitudine pluuiarū t nebularū t niuū ī quarta hyemali. Q si fuerit latitudo eiꝰ septētrionalis sigt vehemētiā caloris t multitudinē vētoꝝ calidoꝝ. Et si fuerit meridiana sigt illud idem. Et si fuerit orientalis sigt multitudinē pluuiaꝝ t vehemētiam frigoris. Et si fuerit occidētalis sigt multitudinē itineris regū t motionē eoꝝ t dissipationē pecuniaꝝ t casuꝫ rumoꝝ terribiliū t susurrationē hoīuꝫ. Et si fuerit retrogradꝰ tristationes intrare sup regē ex morte quorūdā nobiliū. Q si apparuerit ī eo sigt vehemētiā frigoris t flatū vētoꝝ septētrionaliū frigidorū cū multis tonitruis t corruscationib⁹ t augmentatione fluminū t bonitate redditū hereditatū cū saluatione anni nisi qꝛ accidēt hoib⁹ ī quartali autūpnali dolores in oculib⁹ eoꝝ t labijs.

¶ Et si fuerit eqdistãs signo leonis sigt ĩfortunas re
gib⁹ aduenire ⁊ tristiciã ⁊ iracũdiã cũ mltitudine do
lor ascẽdẽtiũ hoĩb⁹ ex viscerib⁹ ⁊ ventris aduenieti-
bus ex pte frigoris ⁊ moriẽt qdaz nobiles formosi ⁊
psperabunt lupi ⁊ mltipsicabunt pluuie ĩ quarta au-
tũpnali ⁊ paucitas caloris erit ĩ quarta estiuali, ⁊ ve-
hemãtia frigoris ĩ quarta hiemali cũ validitate de-
struẽtiũ arbores ⁊ paucitas frigoris in medietate eius cũ augmẽto fontiũ
Et si fuerit latitudo ei⁹ septẽtrional sigt mltitudinẽ flat⁹ ventor ⁊ vehemẽ-
tiã mot⁹ eor: ⁊ si fuerit meridiana sigt humiditatẽ aeris. Si fuerit oriẽtalis
sigt multitudinẽ pluuiarũ ⁊ iuuamẽtũ earũ cũ bona cõmixtione aeris hye-
malis ⁊ tempantia ei⁹. Et si fuerit occidẽtalis sigt mltas cõsequi angustias
⁊ tristicias ⁊ fortasse aduenieẽt eis egritudines cũ morte aliquor nobilium
Et si fuerit retrograd⁹ multa itinera aduenire regib⁹. Et si appuerit ĩ eo sigt
q aduenieẽt hoĩb⁹ dolores emoroidar ⁊ reumatismor ⁊ tussiũ ex vehemẽ
tia frigoris ĩ hyeme ⁊ multas aqs ⁊ validitatẽ ventor ⁊ diminutionẽ aqua
rũ cũ validitate quarte vernalis ⁊ bonã fructificationẽ fructus ⁊ vinear.

¶ Et si fuerit eqdistans signo virginis sigt q accidet
hoĩb⁹ dolor epatis ⁊ erit ann⁹ vehemẽs sup pregnan
tes in tempantia aeris ĩ qrta vernali ⁊ bonitate aer
qrte estiual ⁊ vehemẽtia frigoris ĩ qrta hyemali. Et
si fuerit latitudo ei⁹ septẽtrional sigt bonã aeris cõ-
mixtionẽ. Et si fuerit meridiana sigt tempantiã plu-
uiarũ ⁊ iuuamẽtũ earũ. Et si fuerit oriẽtalis sigt pau
citatẽ pluuiar. Si fuerit occidẽtalis sigt egritudĩes aduenire regib⁹ cũ ml
titudine angustiar ⁊ tristiciarũ ⁊ diminutione coit⁹. Si fuerit retrogradus
sigt paucitatẽ pluuiar cũ bonitate aeris ⁊ tẽpantia. Et si apparuerit ĩ eo si-
gnificat vehemẽtiã frigoris hyemalis ĩ pricipio ei⁹ ⁊ in fine ei⁹ ⁊ tempantiã
medietatis ei⁹ ⁊ multitudinẽ casuz gelu ⁊ pluuiarũ ⁊ augmentũ fluminũ ⁊
inundationẽ fluuior ⁊ frigus corroborari in plurib⁹ locis ⁊ esse pluuiar in
qrta estiuali ⁊ multã vinear vbertatẽ ⁊ bonã herbã ⁊ destructionẽ arbor.

Et si fuẽit eqdistãs signo ♎ sigt illd hoĩes mltũ vti ro
bore. s. strẽnuitate ⁊ fortitudĩe ⁊ magnitudĩe cũ expã
siõe mort boũ ⁊ tẽpantia aeris ver ⁊ declinationẽ
ei⁹ ad frigiditatẽ ⁊ fortasse accidẽt in quarta estiuali
pluuie destruẽtes panẽ cũ multitudine tonitruor ⁊
coruscationũ ⁊ multas niues ĩ pricipio qrte hyemal
vsqz ad medietatẽ ei⁹ cũ caliditate aeris in fine eius.
Si fuerit latitudo ei⁹ septẽtrional sigt incessantẽ flatũ ventor ⁊ tempantiã
motus eorum ⁊ iuuamentũ eor. Si fuerit meridiana significat multos do
lores aduenire hominibus ⁊ precipue in oculis ex coriza ⁊ reumatismis.



Et si fuerit occidentalis sign egritudines aduenire regib⁹ cū paucitate pluuiaꝝ ⁊ siccitate aeris et frigiditate eius. Et si fuerit retrogradus sign regem desponsare mulierē reginā ⁊ sign egritudines aduenire hominib⁹ in capita ⁊ infortunia accidere pregnantium et erunt pluuie in principio hyemis: et erit medietas eius cōmixta cum flatu ventoꝝ in ea et erunt humiditates et pruine multe cōmixte quarte vernalis et multas herbas in quarta estiuali et diminutionē aquarum.

¶ Et si fuerit equidistans signo scorpionis sign sanitatē corpoꝝ hominū ⁊ iumentū eoꝝ cum paucitate damnoꝝ ⁊ cum multis pluuiis destruētibus in oēs partes ⁊ vehementiam frigoris in principio quarte hyemalis vsq; ad medietatē eiusdem supaddet ⁊ in grossabit aer ⁊ multiplicabunt nebule cum prosperitate vinearū ⁊ agriculture ⁊ bonā plantationē arborum. Q; si fuerit eius latitudo septētrionalis sign vehementiā calorīs. Et si fuerit meridiana sign humiditatē aeris. Et si fuerit orientalis significat cōmixtiones que adueniunt regibus. Et si fuerit occidentalis significat infirmitates aduenientes regibus aut mors accidere quibusdam propinquis eorum cum paucitate motus exercituū. Et si fuerit retrogradus significat paucitatem pluuiaꝝ ⁊ incessantē ventoꝝ flatum vinacinoꝝ. Et si apparuerit in eo significat multos dolores aduenire hominibus in quarta vernali cum tempestatibus que accident nauibus ⁊ erit initium veris frigidum ⁊ medietas eius leuis: ⁊ significat esse pluuiarum ⁊ tonitruoꝝ ⁊ minutionem aquarum fontium ⁊ multas herbas ⁊ mediocritatē messium ⁊ bonitatē vineaꝝ ⁊ oliuaꝝ ⁊ aduentū magnoꝝ fluminū.

¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat illud multas infirmitates accidere hominib⁹ ex dolore capitis ⁊ lippe ⁊ precipue in quarta autūpnali ⁊ casum mortis in bestijs ⁊ precipue in bobus ⁊ multas pluuias ⁊ mediocre frigus in principio hyemis cum fortitudine in medietate eius ⁊ casum niuium ⁊ destructionē panis ⁊ fructuum cum vehemētia caloris in quarta estiuali ⁊ durabilitatē flatus ventorum orientalium. Et si fuerit eius latitudo septentrionalis sign flatus ventoꝝ ⁊ iuuamentū eoꝝ Et si fuerit meridiana sign aparentiā bonā ⁊ iuuamentū in homines cū pace ⁊ quietudine eoꝝ. Et si fuerit orientalis sign illud dolores aduenire regibus ⁊ principibus ⁊ mortē quorundā nobilium. Et si fuerit retrogradus sign multa gaudia plebis per hoc q; apparebit de iusticia regis cum superfluitate pluuiaꝝ ⁊ cōmixtione aeris estatis ⁊ multas herbas. Et si apparuerit in eo sign mortē magni viri ⁊ damna aduenire canib⁹ ⁊ tēperātia aeris

hyemalis cum aduentu flatus ventorum ꝛ pluuiarum in fine eius : ꝛ temperantiam estatis: ꝛ multas herbas ꝛ equalitatez fructuū planiciei ꝛ montꝫ tarditatem vindemie ꝛ prosperum esse arboribus.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♑ significat irā regꝫ super quosdam seruientes ei vt mortem nobilium cū sanitate corporum hoīm ꝛ multꝫ pluuijs ꝛ incessante flatu ventorūz in quarta vernali: ꝛ paucitate caloris in quarta estiuali: ꝛ multitudinem ventoꝝ orientaliū et fortasse accidit mors canū cū minutiōe fructuū ꝛ panis ꝛ vini paucitate eoꝝ. Q; si fuerit latitudo eius

septētrionalis significat illud humiditates multas. Si fuerit meridionalis significat illud idem. Si fuerit orientalis significat egritudinesꝫ aduenire in homines ꝛ precipue in oculos. Si fuerit occidētalis significat egritudines aduenire regibus ꝛ principibus cum multo casu mortis ꝛ rumoꝝ terribiliū et conturbatione hominum. Si fuerit retrogradus significat cōmixtiones que aduenient regibus ꝛ plebi. Cunq; apparuerit in eodem figt q; accident hominibus dolores capitum ꝛ oculoꝝ: ꝛ multiplicabitur cōmotio ventorū ꝛ mors in eo q; subtiliatur de animabus cum cōmixtione aeris in principio quarte hyemalis et aduentum frigoris ꝛ humiditatis in medietate eius: et vehementiaz frigoris ꝛ multas aquas ꝛ flatum ventorum ꝛ casum niuium in fine eius ꝛ multitudinez tonitruorum: et bonum fore principium quarte estiualis: ꝛ vehementiam caloris in fine eius cum temperantia reddituum ꝛ abundantia humorum ꝛ corruptione vindemie.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♒ significat mortez quorundam nobilium: et multos aduenire dolores hominibꝰ ꝛ precipue in iuuenes et fortasse sanabunt eorum corpora: cum morte auium ꝛ lupoꝝ: et multitudinem pluuiaꝝ ꝛ niuium: ꝛ vehementiam frigoris in quarta vernali: et erit quarta estiualis multorum ventorum ꝛ humiditatum: ꝛ destruet illud panem ꝛ

fructus arborum cum multa nauium submersiōe in mari. Q; si fuerit eius latitudo septentrionalis significat ficcitatem aeris. Si fuerit meridionalis significat multas nebulas. Si fuerit orientalis significat paucitatē ventoꝝ Si fuerit occidentalis significat egritudines aduenire mulieribus regum: ꝛ mortem quorundam nobilium: ꝛ paucitatem pluuiarum. Si fuerit retro gradus significat egritudinez accidere quibusdam regibus. Si apparuerit in eo significat mortem quorundam magnatū: ꝛ multas pluuias aduenire hominibus: ꝛ mortez auium ꝛ bestiarum maris cum submersione nauium in mari ꝛ validitate ventorum conferentium seminibus cum esse pluuiarū: et casu gelu ꝛ niuium in principio hyemalis: et multos ventos prosperos in

quarta autũnali cum eo ꝙ nocebunt arboribꝰ: ⁊ cõmixtionem quarte estiualis: et temperãtiam flatus ventorum in ea: et fortasse accident in ea pluuie ⁊ casus niuium: et corruptio pluuiarum in herbis in pluribus locis: et prosperabuntur messes.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♓ significat multum nocumentum in homines et precipue iuuenes ⁊ mulieres et pueros et multos dolores parturientium: ⁊ incessantem ventorum flatum frigidorum in quarta vernali: et vehementiam caloris in quarta estiuali: ⁊ bonam aeris cõmixtionem in quarta autumnali: et superfluitatem pluuiarum in prima quarta hyemali ⁊ multorum ventorũ flatum in medietate eius: et niues cadere in fine eius cum eo ꝙ pluuie corrumpẽt arbores et messes et precipue vineas ⁊ oliuas Et cum fuerit eius latitudo septentrionalis significat flatum ventorum et iuuamentum eorum. Si fuerit meridiana significat multitudinẽ pluuiarũ ⁊ augmentum fluminũ. Si fuerit orientalis significat paucitatem pluuiarũ ⁊ mediocritatem aeris. Si fuerit occidentalis significat multum motum et mutationem eorum: et exire quosdam exercitus ad extremitates regni. Si fuerit retrogradus significat maliciaꝫ rerum. Si apparuerit in eo significat illud casum fortitudinis in corda hominum et timorem ⁊ terremotus ⁊ rumores terribiles: ⁊ egritudines aduenire mulieribꝰ ⁊ pueris in quarta vernali: ⁊ infortunia accident pregnantibus et vehementem merorem ⁊ difficultatem partus: ⁊ multas pluuias in principio quarte hyemalis: ⁊ multos ventos in medietate eius: ⁊ incessantez flatum ventorum septentrionalium ⁊ vehementiã frigoris cum casu niuis in fine eius: cum vehementia caloris quarte estiualis: ⁊ destructionẽ accidere ouibus cum ꝓsperitate esse messiũ Compleamus ergo differentiam secundam.

¶ Differentia tercia in qualitate scientie significationis ♂ ꝑm illud.

POstq̃ premisimus in differentia secunda qualiter sciamus ꝓ prietatem significationum ♃. Tractemus ergo in hac differentia qualiter sciamus proprietatem significationis ♂ ꝑm illud. Dicamus ergo q̃ cum fuerint ei significationes quas narrauim⁹ z fuerint ei appropriate ꝑm speciẽ humanaz signi ficat illud multa bella z guerras insurgentes in reges: z iram principum: z accidet quibusdam hominibus ex istis rebus mors subitanea z festina et grauis: et egritudines que erunt cum febribus tercianis et preci pue intrantibus annos: et quidam incurrẽt penam et conuicia et violentiam et exitum a lege cum multitudine absciſarum viarum: et effusionem sanguinum: z casum combustionis cum bubonibus in pluribus climatib⁹.

Et si significauerit ſm ſpeciem beſtialez et precipue quibus homines vtunt ſignificat paucitatem earum Si fuerit ſignificatio eius ſup elementū aereū ſignificat paucitatem pluuiarum et vehementiam calorꝭ et terremotus: et multa flumina: ⁊ inceſſantem ventorum flatum calidorum meridianorum Si fuerit eius ſignificatio ſuper elementū terreum ſignificat deſtructionez arborum: propterea q̄ calor comburet eas ſiue ex aduētu ventorum fortiū in eis ſiue ex combuſtione ignium in locis in quibus ſolet cōburi. Si fuerit ſignificatio eius ſm elementum aquaticum ſignificat illud ſubmerſionem nauium ſubitam ex ventis agitantibus diuerſis aut ex fluminibus ⁊ his ſimilia.

¶ Sed ſignificatio eiuſ ex parte cōmixtionis eius ad ſignum ♈ cum fuerit equidiſtans eidez ſignificat interfectionez accidere ei in parte orientis cum multitudine dolorum oculorum: ⁊ velocitate m rerū cū proficuo earum ⁊ multo flatu ventorum: ⁊ vehementiam venenoſorum eorum: ⁊ paucitatem pluuiarum. Q̄ cū fuerit latitudo eiꝰ ſeptentrionalꝭ ſignificat ſiccitatem aeris. Si fuerit mediana ſignificat cōmixtionem aeris. Si fuerit orientalis ſignificat conſtrictiōes que aduenient hominibus ⁊ rancores.

Si fuerit occidentalis ſignificat reges expendere multa ⁊ diſſipare et parū ſe mouere exercitus cum aborſu pregnatarum mulierum. Si fuerit retrogradus ſignificat multos luctus vel dolores aduenire hominibus ⁊ nocumentum. Si apparuerit in eo ſignificat multa fieri bella in parte orientali: ⁊ egritudines aduenire hominibus in oculis ſuis cum vehementi flatu ventorum ⁊ bonis redditibus.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♉ significat interfectionez inter ciues partis septẽtrionis ⁊ meridiei: et multos oculorũ dolores cũ morte mulierũ: ⁊ nocumentũ qđ adueniet coniugatis earum: ⁊ maliciam rerum veneidarũ: et mortem boum: ⁊ multitudinem ouium cum sup̄abundantia pluuiarum ⁊ vehemẽtia tonitruoꝝ ⁊ chorscationũ et nebularũ cum paucitate victus et abundantia aquaruz. ¶ Si fuerit latitudo eiꝰ septentrionalis sig̃t multas infirmitates variolarũ ⁊ morbillorũ Si fuẽit meridiana sig̃t maliciã cõmixtionis aeris. Si fuerit orientalis sig̃t paucitatez aquarum ⁊ multam siccitatẽ. Si fuerit occidentalis sig̃t egritudines mulierũ pregnatarũ ꝓpter aborsum earũ cum destructione arboꝝ et p̄sertim vinearum et oliuarũ. Si fuerit retrogradꝰ sig̃t nocumentũ aduenire bestijs cum morte earũ. Si apparuerit illud in eo sig̃t bella q̃ adueniẽt inter partẽ meridiei ⁊ septentriõis ⁊ effusionẽ sanguinũ: ꝯsequent̃ septentrionales dolorẽ oculoꝝ: et adueniet quadrupedibꝰ mors: et multiplicabunt̃ vapor et nebule ⁊ aque ⁊ pluuie: et fiet panis paucus.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♊ sig̃t multos dolores aurium que aduenient hominibꝰ et variolas ⁊ morbillos ⁊ interfectionẽ que erit in parte septẽtrionis cũ multo latrocinio: et victoriaz de eis ⁊ publicationẽ esse eorum: ⁊ consequent̃ hoĩes nocumentum ꝓpter fulmina ⁊ choruscationes ⁊ vehementiã frigoris. ¶ Si fuerit latitudo eius septentrionalis sig̃t multitudinẽ terremotuum. Si fuerit meridiana sig̃t caliditatem aeris et quietudinẽ eius. Si fuerit orientalis sig̃t mortem quorundaz nobilium: ⁊ fortasse

aduenient quibusdaz regum mulieribus egrituditudines: ⁊ cadet cõbustio in quedam loca. Si fuerit retrogradus sig̃t multas egritudines variolarũ ⁊ morbilloꝝ. Si apparuerit in eo significat ꝙ adueniet hominibus mors ⁊ multa cõbustio: ⁊ interfectio in parte septentrionis cum nocumẽto latronũ Q̃ si fuerint duo luminaria propinqua ei significat ꝙ consequentur hoĩes impetigines ⁊ dolores oculorum: ⁊ accidet detrimentum in plantis.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♋ sig̃t interfectionẽ q̃ adueniet in ꝑte occidentis aut orientis: ⁊ apparebit super eos reddit⁹ tributorum: et multiplicabunt̃ egritudines ⁊ pleuresis pectorum: ⁊ cottidiane febres: ⁊ dolores gutturis: ⁊ cadẽt inter ꝑncipes ꝯrietates: ⁊ multiplicabitur mors in parte montis proprie ⁊ precipue in quadrub⁹ cum paucitate pluuiarum ⁊ vehemẽtia caloris. Q̃ si fuerit latitudo eius septentrionalis sig̃t caliditatem aeris ⁊ humiditatem eius. Si fuerit meridiana sig̃t illud idem. Si fuerit orientalis sig̃t multas tristicias aduenientes hoĩbus cum quietudine aeris ⁊ siccitate eius. Si fuerit occidental' sig̃t multas aduenire pregnantib⁹ egritudines ꝓpter aborsum earum: ⁊ fortasse sig̃bit nocumentũ et corruptionez ꝓpter motũ. Si fuerit retrograd⁹ sig̃t illud corruptionẽ aeris ⁊ vehementiã caloris: ⁊ flatum ventoꝝ venenosorũ. Si apparuerit in eo sig̃t infelicitatem que adueniet hominibus ex doloribus gutturũ ⁊ pectoꝝ: ⁊ alzemenet accidentalium in membris eorũ ⁊ quartanas: ⁊ cadet caristia in bestias: ⁊ pluuia erit pauca: ⁊ flabit septentrio: et effundentur locuste: ⁊ destruentur vindemie: ⁊ oleum erit paucum.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♌ significat multa bella fieri in ꝑte orient⁹ cum expansione mortis ⁊ precipue pueroꝝ: et cum istis dolorib⁹ in ventrib⁹ ⁊ casu caristie in bestijs: et paucitatez pluuiarum ⁊ panis et ꝑcipue in parte orientis. Q̃ si fuerit eius latitudo septentrionalis sig̃t illud flatus ventoruz cum fortitudine venenosorum. Si fuerit meridionalis significat siccitatez aeris. Si fuerit orientalis sig̃t paucitatem pluuiarum. Si fuerit occidental' sig̃t angustiam regis et pigriciam eius et desperationem in pluribus rebus et apparentiam inimicorum cum vehementia caloris et venenosorum. Si

fuerit retrogradus significat ꝙ cadet inuidia ⁊ odium inter romanos. Et si apparuerit in eo significat casuꝫ mortis i magnatibus: ⁊ multos dolores aduenire iuuenibus: et consequent̃ pueri et infantes angustias ⁊ dolorem ventris: ⁊ corroborabitur frig⁹ hyemis: ⁊ pluuie fient pauce ⁊ panis.

¶ Et si fuerit equidistans signo ꝟ sig̃t multos oculorũ dolores: multã interfectionẽ ⁊ effusionez sanguinum in parte meridiei: et multam mortem in mulieribus: ⁊ multiplicationẽ insurgentium et casum quorundam nobilium ab honorib⁹ suis cũ destructiõe aeris ⁊ eius siccitate: ⁊ mult⁊ ter remotibus: ⁊ multitudinẽ panis et vini. Q, si fuerit eius latitudo septẽtrionalis significat paucas pluuias. Si fuerit meridionalis significat malam complexionez aeris. Si fuerit orientalis significat mortem regis. Si fuerit occidentalis significat planctus et tristicias aduenire scriptoribus: cum aborsu pregnantiũ: ⁊ labor adueniet senib⁹. Si fuerit retrogradus significat siccitatẽ aeris Et si apparuerit in eo significat ꝙ consequentur hoĩes oculoruꝫ dolores ⁊ diuturnos dolores ⁊ difficiles ad curandum cum vehementia frigoris: et pauco ventorum flatu Et si fuerint duo luminaria propinqua ei significat illud multitudinẽ pluuiarum: et impetuositatem frigoris: et aduentum bellorum: et effusionem sanguinum in parte meridiei: ⁊ sonitum et timores ⁊ pauores aduenientes magnatibus ⁊ nobilibus: et depositionem quorundam a regnis suis cum multa morte cadẽte in septentrionales ⁊ meridionales: et mortem cadere in oues.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♎ figt paucitatem infortuniorũ ⁊ apparitonez salutis in hoibus et fortasse aparebunt latrones ⁊ abscissores viarum: ⁊ multum timorem: ⁊ terribiles rumores: ⁊ malum hominibus: ⁊ mortem multoꝝ hoim propter bubones et ꝑcipue in parte meridiei cum paucitate pluuiarũ ⁊ nubium et ventoꝝ ⁊ nebularuꝝ. ♀ si fuerit eius latitudo septentrional' figt multitudinẽ ventoꝝ incessanter Si fuerit meridiana figt paucitatem cõmixtionis aeris. Si fuerit orientalis significat multas pluuias ⁊ tonitrua. Si fuerit occidentalis significat quietudinem militum ⁊ paucitatem motuum eorum: ⁊ egritudines aduenire habentibus annos cum vehementi aeris ficcitate in autumno et pluuiarũ paucitate. Si fuerit retrogradus significat mortem quorundam nobilium subito. Si appuerit in eo et ♄ ei sit propinquus significat multam mortem et consecutionem latronum et pauores et mortalitatem existentem in mundo cum superabundantia aquarum et nebularum et nubium: et paucitatem fructuum et herbarum et oliuarum.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♏ significat mlios dolores oculorum in hominibus: ⁊ apparitionem bubonum: et egritudines hominibus ⁊ precipue inuenib⁹ erit illud in parte septentrionis: cum multitudine latronũ et abscisorum viarum: ⁊ vehementiã frigoris in quarta autumnali et hyemali ⁊ estiuali: ⁊ vehementẽ aeris ficcitatẽ: ⁊ nocere hoc pani ⁊ vino et arboribus et messibus ♀ si fuerit eius latitudo septentrionalis significat vehementez aeris ficcitatẽ et prohibitionem pluuiaruꝝ. Si fuerit meridiana



significat temperantiâ aeris . Si fuerit orientalis significat paucitatẽ pluuiarũ. Si fuerit occidentalis significat quietudinẽ militũ ⁊ parum se mouere ⁊ dolores aduenire oculis cum aborsu pregnatarũ cum morte bestiarũ. Si fuerit retrogradus significat infirmitatem accidere qui appropinquabit perditioni. Si apparuerit in eo significat pauores ⁊ timores aduenire hominibus ⁊ mortẽ cadere in mulieres ⁊ precipue in vetulas ⁊ propie in regione septẽtrionis cum doloribus qui adueniunt hominibus pluribus diuersis per causas frigoris ⁊ colere nigre cum multa paupertate ⁊ latrocinio ⁊ tristicijs hominibus aduenientibus cum superbia vel infestatione latronum vel superstitiositate: ⁊ paucam vindemiã ⁊ oleum.

¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat casum mortis in parte occidetis ⁊ in armenia ⁊ illic multã interfectionẽ cũ egritudine, ⁊ vehementi tussi et doloribus oculor ⁊ plus erit in littorib⁹ maris: ⁊ erit quarta vernalis mali aeris corrũpentis cũ paucitate pluuiarũ: ⁊ multiplicabit frig⁹ in quarta hyemali quousq; aduenier ex illo annone ⁊ potui corruptio cum multis palmarum plantationib⁹. Si fuerit eius latitudo septentrionalis significat multum flatum ventor cuz siccitate illor ⁊ pauca humiditate eorum. Si fuerit meridiana sigt alterationẽ quarundã rerũ ⁊ conuersionẽ earum. Si fuerit occidẽtalis significat inimicicias que aduenirũt hominibus cum ira regis super quosdam nobiles: ⁊ multũ aborsuz pregnatarũ. Si fuerit retrogradus significat infortuniũ ⁊ malum aduenire militibus. Et si apparuerit in eo sigt casum bellorum ⁊ siccitatẽ in parte occidẽtis: ⁊ mortem aduenire regibus ⁊ accidere hominib⁹ in parte septẽtrionis dolores oculorum cum multa morte ⁊ minutione aquarũ fontiũ ⁊ paucitatẽ pluuiarũ: ⁊ cadere gelu ⁊ frigus destruens arbores ⁊ paucã vindemiã

¶ Et si fuerit equidistans signo capricorni significat multã mortem ⁊ multa infortunia in parte meridiei ⁊ precipue in iuuenib⁹ ⁊ mulierib⁹ ⁊ erit infectio ⁊ p̃cipue in parte que sequit orientez ⁊ meridiem: ⁊ paucas pluuias ⁊ siccitatẽ aeris cum multis reddi tibus hereditatũ ⁊ paucitatẽ fructuũ. Si fuerit eius latitudo septẽtrionalis sigt destructionem commixtionis aeris. Et si fuerit meridiana sigt illud idez. Si fuerit orientalis sigt destructionem vinearũ. Et si fuerit occidentalis sigt mortem aduenire nobilibus cum cogitationib⁹ ⁊ merorib⁹ hominibus aduenientibus ⁊ multas pluuias. Si fuerit retrogradus significat illud idem. Et si apparuerit in eo significat bella inter ciues orientis ⁊ meridiei: ⁊ mortem cadere in iuuenes ⁊ pueros cum pauca vindemia ⁊ oleo.

¶ Et si fuerit equidistans signo aquarij significat illud interfectionem regis orientis ac mortem eius cum multis oppressionibus infortunijs hominib⁹ occurrentibus: ⁊ superhabundantia pluuiarum ⁊ casuz niuium et prosperam aeris cõmixtionem cum multo pane ⁊ vino ⁊ multo bono ⁊ paucitatẽ eius in partibus maritimorũ. Q̃ si fuerit latitudo eius septentrionalis significat illud siccitatẽ aeris. Si fuerit meridiana sigt illud idez. Si fuerit orientalis significat vehementiam caloris. Si fuerit occidentalis significat vehementiaz interfectionis aduenire in mari ⁊ submersionẽ ⁊ mortem aduenire nobilibus cum nocumento veniẽte in mulierib⁹ pregnantibus ⁊ vehementiaz caloris. Si fuerit retrogradus significat pra

uam plebis obediẽtiam regi. Et si apparuerit in eo significat multas rixas apparere in mundo ⁊ casum bellorum in parte septentrionis ⁊ paucitatez pluuiarum ⁊ paucas locustas ⁊ destructionẽ arborꝫ ⁊ caristiam panis: ⁊ si non fuerit venus aspiciens eum significat illud dolores accidentes homi nibus ⁊ multitudinẽ eorum cum minutione vindemie.

¶ Et si fuerit equidistans signo piscium significat interfectionez multam, ⁊ interfectionẽ fore in ter reges ⁊ magnates ⁊ ablatio nem regni magni viri propter il las causas ⁊ descensionem nobi lium a dignitatibus suis ⁊ a re gnis suis ⁊ apparitionem febris quottidiane ⁊ terciane homini bus in parte meridiei ⁊ occiden tis: ⁊ caristiam bestiarũ ⁊ habun dantiã pluuiarum ⁊ niuium cum bona aeris cõmixtiõe. Q4 si fue rit eiꝰ latitudo septẽtrionalis si gnificat multum flatum ventorꝫ Et si fuerit meridiana significat



multitudinẽ pluuiarum. Si fuerit orientalis significat febres aduenire ho minibus sicut terciane ⁊ alie. Si fuerit occidentalis significat destructionẽ militum ⁊ debilitatẽ eorum ⁊ timorem eorum cum aborsu pregnatarum et multo frigore ⁊ gelu. Si fuerit retrogradus significat permutationem acci dere hominibus ⁊ paucum complementum eius in quo speraẽ ex operibus ⁊ rebus. Et si apparuerit in eo significat declinationẽ graduũ sapientiuz et destructionẽ regum. Et si fuerit ei propinqua venus significat multa bella ⁊ vestimenta eorum ⁊ presentiã tonitruorꝫ ⁊ corusc ationũ.

¶ Sed sig̃tio ꝓpria ☉ singularit̃ sup ibuzezihe sup vna reuolutionũ ẽ regẽ cõsequi nocumẽtũ ⁊ mortẽ plebi aduenire ⁊ cõmixtionẽ inimicoꝝ ab oib⁹ orizantib⁹ ꝓtendit: ⁊ annus infructuosus erit ⁊ multiplicabunt̃ bestie ⁊ ibũt quidã reges ad alios ⁊ effundet̃ in parte occidentis sanguis ⁊ multiplicabit̃ interfectio illic ⁊ nobiles fient pauperes ⁊ pauperes fient diuites. Ueꝝ significatio ei⁹ ꝟm modũ cõmixtionis cũ intrat capita inceptionũ reuolubiliũ quas p̃diximꝰ planete quidẽ appropriant̃ cũ illo sine eo quãdo distãtia eoꝝ ad loca ista succedit in omnib⁹ reuolutionib⁹ ⁊ non p̃parat̃ diuersitas significationũ nisi ex ꝑte tꝑm ascẽsionũ ⁊ diuersitas situũ planetaꝝ ciuium ascendentiũ eoꝝ ⁊ scd̃m ꝙ p̃misim⁹ ⁊ ꝓpter hoc rememorati sum⁹ significationẽ eius sup accidẽtia inferiora ex eo ꝙ equidistat ipsis partib⁹ quarum rememorationẽ p̃misim⁹: sed significatio sue equidistantie in oibus signis magis significat q̃ꝫ super illud.

Differentia.4.in qualitate scie ꝓprietatis sig̃tionis ♀ ꝑm illud idē.

POstq̃ igit̃ p̃misimus in dr̃a tercia ex significationib⁹ martis ⁊ q̄ appropriat̃ soli designatiōe singularit̃. Remēoret̃ igit̃ in hac dr̃a significationes veneris ꝑm illud idē. Dicamus ergo q̄ cū fuerint ei sig̃tiones quas narrauim⁹ ⁊ fuerint ei appropriate ꝑm spēm humanā sig̃t illud apparitionē moderationis ⁊ prouidentie ⁊ bonam intentionē in rebus fidei ⁊ mortē quorundā sapientū ⁊ precipue de ciuib⁹ babylonie ⁊ sup̄ reuelationē sublimationis ⁊ eleuationē regum ⁊ multum honorē sibi adinuicē hoīes afferre ⁊ apparentiā gaudij ⁊ ꝓsperitatē esse cō iugij ⁊ multitudinē filioꝝ ⁊ fortasse absoluent viri mulieres suas ⁊ patient̃ aborsum puelle ex fornicationibus ⁊ multiplicabit̃ inuidia ⁊ nocumentuꝫ corpoꝝ. Et si fuerit eius significatio ꝑm spēm bestialē qua homines vtunt̃ sig̃t illud multiplicationē earū ⁊ proficuū earum. Et si fuerit eius sig̃tio ꝑm elementū terreum sig̃t bonū esse seminū ⁊ arboꝝ ⁊ fructuū. Et si fuerit significatio eius ꝑm elementū aquaticū sig̃t illud habundantiā aquaꝝ ⁊ euasionē nauiū in maribus.

¶Sed significatio eius ex eo q̄ cōmiscet signo ♈ cum fuerit equidistans ei sīgt aliquā siccitatē cuz diminutione pluuiarū ⁊ incessanti flatu ventoꝝ ⁊ bona aeris cōmixtione. Si fuerit eius latitudo septentrionalis sīgt illud caliditatē aeris. Si fuerit meridiana sīgt vehementiā frigoris. Et quando elongat in longitudine sua longiori sīgt motionē exercituuz Si fuerit retrograda sīgt multitudinē tonitruoꝝ ⁊ corruscationū ⁊ fortitudinē grandinis. Si fuerit sub radijs sīgt iracundiaz aduenire hominibus cum multis rumoribus terribilibus. Et si apparuerit in eo sīgt stultitiā militum ⁊ litigantiū ⁊ fortitudinē gaudioꝝ magnatum ⁊ nobiliū ⁊ apparentiam boni in mundo ⁊ multas aquas ⁊ augmentū earū ⁊ esse eoꝝ ⁊ pluuiarum in hyeme ⁊ temperantiā aeris in estate ⁊ psperitatē esse arboꝝ.

¶Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud destructionē pluuiarū aldearum babilonie: et angustias et constrictiones que aduenient ciuibus romanorum: & mortē cadere in diuites cum paucitate pluuiarum. ¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud siccitatem aeris: et mortem cadere in plura climata. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud multa mēdacia et mores in ptibus: et ciues babilonie impugnare alhauez & cadere di scidium inter eos cum morte iuuenum et superfluitate pluuiarū & augmento tigris et eufrates. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud pugnam regis babilonie & se permutare de terra ad terraz: et ipm facere guerram inimicis suis: et eos separare cum oppressione quam consequetur: et nimiam siccitatē et timorē in terra eius: & ipsum vincere latrones et erit in parte montium pugna et nocumentū: et ciues meridiei interficere ciues orientis: et cadet combustio in domos orationum: et destruentur cō muniter regiones cum multis pluuijs et incessante ventorum flatu et inundationibus fluminuz. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates et superfluitatem aquarum.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶Et cum fuerit ♂ transiēs sup ☉ significat illud multas chorū scatiōes. ¶Cum fuerit transiēs super ☿ significat illud mortem regis babilonie: ⁊ inimicos multos impugnare eos cum supfluitate pluuiarū. ¶Cū fuerit transiens sup ♀ significat illud ciues babilonie interficere sese: ⁊ effusionem sanguinum adinuicez: et vehementiam rapine: ⁊ multos dolores: et mortez hominū cum multis nubibus ⁊ pluuijs. ¶Cū fucrit trāsiens super ☽ significat paucitatem pluuiarū ⁊ aquarū.

¶Sermo ī mamareth sup ♂

¶Et cum fuerit ☉ trāsiens super ♂ significat illud prosperū esse romanoꝝ ¶Et cum fuerit ♀ transiēs sup eū significat illud salutē ⁊ prosperitatē que apparebit in terra egipti: ⁊ malū esse nobiliuz cū supfluitate pluuiarū. ¶Cū fuerit ☿ trāsiens sup eū sigt cedē ciuiū ptis occidentis ⁊ nimiā mortē in eis ⁊ casū locultaꝝ cū supfluitate pluuiaꝝ: ⁊ flatū ventoꝝ ⁊ destructōz reddituū ¶Cū fuerit ☽ trāsiēs sup eū sigt ciues ptis orīēt̄ interficere ciues ptis occīt̄ ⁊ nimiā in eis mortē: ⁊ casium locultarū: ⁊ appentiaz aquarū ⁊ humiditatū.

¶Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud siccitatē aeris ¶Cum fuerit ☉ transiens super ☿ significat illud mortem quorundaz regum ciuitatū que sunt super littora maris: cū superfluitate pluuiarū ⁊ niuiū: et ventorū flatum. ¶Cum fuerit transiens sup ☽ significat iliud paucitatez humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cum fuerit ♀ transiens sup ☉ significat illud multas humi

ditatef. ¶Cum fuerit ♄ transiens super eum significat illud odium cadere inter homines cum generatione ventoꝝ ꝛ superfluitate pluuiarum ꝛ multꝫ humiditatibus. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud superfluitatem aquarum ꝛ multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ♀ super planetas.

¶Et cum fuerit ♀ transiens sup ♄ significat illud regem babilonie ꝛ filios suos facere exercituꝫ ꝟra regem armenie: ꝛ inimicos eius facere exercitum ad terraꝫ eius: et cadere bellum inter eos et inter regem eradie: et multas guerras fore in ciuitatibus cum oppressione que aduenient in regionibus: ꝛ multū feruorem melancolie in hominibꝰ ꝛ demonū cum superfluitate pluuiarum: et aduentuꝫ tonitruoꝝ. ¶Cum fuerit trāsiens super ☽ significat illud humiditates multas.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶Et cum fuerit ♄ transiens super ♀ significat guerras que aduenient in plurima climata: ꝛ congregationem hominum ad babil: et eos facere exercitum contra regiones romanoꝝ: ꝛ oppūnere partem terre eoꝝ: ꝛ destruere multa capitolia romanoꝝ: ꝛ destruetur regnum eoꝝ: et multiplicabuntur infoꝛtunia et angustie et moꝛs: et nocumentum in persia cum generatione pluuiarum ꝛ ventoꝝ eoꝝ. ¶Cum fuerit ☽ transiens sup eum significat generationem humiditatum ꝛ pluuiarum.

¶Sermo in mamareth ♃ super planetas.

¶Et cum fuerit ♃ transiens sup ☽ significat illō cadere discidiū inter homīes cum superfluitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶Et cum fuerit ☽ transiens sup ♃ sigt illud mortem quorundā regum ciuitatuz que fuerint sup littora maris ꝛ aquarū cum generatione humiditatuz. Postq̄ ergo venimus super illud quod voluimus. Compleamus itaq̄ differentiaz nonaz cū laude dei.

¶Differentia decima in iudicio super mamareth planetarum eleuantium adinuicem cum fuerint equidistantes signo ♄.

POstq̄ ergo premisimus in differentia nona rememorationez significationum mamareth planetarum cum fuerint equidistantes ♃. Tractemus ergo in hac differentia rememoratiōz eorum cum fuerint equidistantes signo ♄.

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.

¶Et cum fuerit ♄ transiens sup ♈ significat valorem asinorum: ⁊ mortem ouium: et paucitatem humiditatum: et detrimentum aquarū: ⁊ precipue in fluminib⁹ ¶Cum fuerit transiens super ♂ significat illud valorem asinorū ⁊ vehementiam frigoris et durabilitatē eius. ¶Cum fuerit transiens super ☉ significat illud siccitatem aeris. ¶Cū fuerit transiens super ♀ significat illud caristiam vel valorez asinorum cū paucitate humiditatum ⁊ detrimento aquarum et precipue in mari. ¶Cum fuerit trāsiens sup ♉ significat illud multam mortem in alhauez: ⁊ mulieres quorundā interficere regū: ⁊ quasdam parentele sue propinquas sicut mater ⁊ similia: cuz superfluitate pluuiarum ⁊ multis inundationibus cum vehementi frigore ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum ⁊ aquarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cum fuerit ♈ transiens super ♄ significat illud mortem quorundam regum montium: ⁊ perire maiorem partem latronum: ⁊ vehementiam luporum: ⁊ paucitatez locustarum cum paucitate humiditatum: ⁊ augmento messium. ¶Cum fuerit ♂ transiens super eum significat illud multitudinē asinorum ⁊ ouium cum vehementia caloris ⁊ frigoris ⁊ durabilitate eorū in duobus temporibus vtriqz conuenitibus. ¶Cum fuerit ☉ transiens sup eum significat illud romanos facere exercitum contra armeniaz: ⁊ multas infirmitates: et mortem aduenire hominibus cum multis pluuijs. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eum significat multas humiditates: et prosperum esse pregnatiaz. ¶Cum fuerit ♉ transiens super eum significat illud mortē cadere in mulieres regum: et multam apparentiam bubonū in quadrupedibus cum multitudine pluuiarum: ⁊ incessante ventox flatu: ⁊ detrimēto herbarum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ⁊ superfluitatem aquarum.

¶Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ significat illud mortē cadere in maiorem partez inimicorum romanorum:ꝛ mortez luporum ꝛ vermium nocibilium:ꝛ mortē auium aquaticarum cum multꝫ nubibus ꝛ pluuijs ꝛ aquis.¶Cū fuerit trāsiens super ☉ significat equalitatem vel temperantiam aeris.¶Cū fuerit transiens sup ♀ significat illud apparentiam regis babilonie super inimicos suos:ꝛ erit annus ꝓsper:ꝛ cadet mors in oues ꝛ bones ꝛ ī plures pisces : ꝛ qō subtiliatur ex auibꝫ sicut passeres et his similia cum multo aduentu terremotuū ꝛ paucitate pluuiaruꝫ.¶Cum fuerit transiens super ☿ significat illud regem romanoꝝ facere exercitum contra inimicos suos ꝛ eum vincere eos:ꝛ multiplicabūtur vaticinatores ꝛ experimentores cum vehementia frigoris destruentis : ꝛ superfluitate pluuiarum : et augmento messium ꝛ bono esse earum.¶Cum fuerit transiens super ☽ significat multas humiditates ꝛ superfluitatem aquarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶Et cum fueri ♂ transiens super ♃ significat illud multam captiuitatem in pluribus climatibus:ꝛ mortem cadere in oues:ꝛ paucitatez pluuiarum: et vehementiam frigoris in tempore el conuenienti cum paucitate aquarū ꝛ fluminum.¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud magnitudinem regis babilonie cum humiditate orientis.¶Cum fuerit ♀ transiēs super eum significat illud qꝫ in babilonia erit pestilentia:ꝛ regez romanoꝝ interficere magnates suos:ꝛ casum remanentium ex eis:ꝛ multam mortez in ouibus cum paucitate pluuiarū in tempore conuenienti ei:et paucitatez annone ꝛ proprie in nigris.¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud bella que aduenient regi babilonie:ꝛ descensum regis romanorum a sede sua:ꝛ reuolutionem regis arin a regno suo:ꝛ inimicos eius facere insultum in eum:et paucitatem defendentium eum :et cadere scandalum in plures regiones cum multis bubonibus:ꝛ mortem boum ꝛ ouium cum superfluitate pluuiarum:et vehementia frigoris destruentis in tempore conuenienti ei cum niuibus ꝛ terremotibus ꝛ fluminibus ꝛ precipue in persia.¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ꝛ aquas.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶Et cum fuerit ♂ transiens sup ☉ significat illud siccitatē aeris ¶Cum fuerit transiēs super ☿ significat illud mortez regis alhauez:ꝛ aborsum pregnatarum cum euasione mulierū:ꝛ mortez cadere in oues cum vehemēti caloris in tempore conuenite ei ¶Cum fuerit transiēs super ♃ significat illud mortem regis romanorum:ꝛ multas infirmitates causas ꝛ egritudines:ꝛ mortem aduenire hominibus cum casu guerrarū:ꝛ captiuitates ꝛ guerras:ꝛ caristiam asinorum:ꝛ mortē ouium cum paucitate passerum ꝛ florum ꝛ pluuiarum in principio quarte hyemalis:ꝛ multas nubes:ꝛ mediocritatem pluuiarū in fine quarte hyemalis cum vehemēti frigore. ¶Cū fuerit transiens super ☽ significat mortē regis babilonie:ꝛ nobiles discordari:ꝛ dispendi pecunias eorum:ꝛ mortem regis alhauez:et multā pugnaz ꝛ guerras in pluribus climatibus:ꝛ captiuare se adinuicem:ꝛ nimiā mortē in persia ꝛ romanis ꝛ montibus:et apparere rapacitatem luporum:ꝛ caristiam habentium onera ex bobus ꝛ camelis et alijs: cum paucitate aquaz ꝛ pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶Et cum fuerit ☉ transiens super ♂ significat illud humiditatez orizontis ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud multam combustionē in terra alhauez:ꝛ multos exeuntes de terra montiū cum superfluitate pluuiarum. ¶Cum fuerit ♃ transiens super eum significat illud timorē vehementem aduenire in plures regiones:ꝛ multitudinem bubonum:ꝛ mortez in terra romanorum:ꝛ apparentiam elemosinarum:ꝛ filios esse contrarios patribus suis:ꝛ caristiam asinorum:et mortem cadere in oues cum multis nubibus. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas inundationes.

¶Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat paucitatez pluuiarū ⁊ malum esse pregnatarū. ¶Cū fuerit transiēs super ♆ figt illud nimiam mortē in alhauez ꝓpter causas bubonū cū mediocritate pluuiarū:⁊ insidiationē. ¶Cum fuerit trāsiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cum fuerit ♀ transiens sup ☉ figt illud humiditatē orizontī et multas humiditates:et vehementiam frigoris. ¶Cum fuerit ♆ transiens super eum figt illud casum bubonū in ḡdrupedib⁹ cum supfluitate pluuiaꝝ ⁊ incessante ventoꝝ flatu. ¶Cum fuerit ☽ transiens sup eum figt illud superfluitatez pluuiarū.

¶Sermo in mamareth ♀ super planetas.

¶Et cum fuerit ♀ transiens sup ♆ figt illō q⁹ pacificabunt reges regi babilonie:⁊ ciues babil.vincent eos qui sunt contrarij eis:⁊ mortem regis romanoꝝ:⁊ apparentiam latronum paucorum:⁊ ꝯstrictionē in plurib⁹ regionib⁹: ⁊ caristiam quorundā asinorū ⁊ cameloꝝ cum vehemēti frigore in tpe ꝯuenienti ei: et paucitatez pluuiarū:⁊ generationē pestium et tonitruoꝝ. ¶Cum fuerit transiens sup ☽ significat illud paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶Et cum fuerit ♆ transiens super ♀ figt illud mortem regis romanoꝝ: et generationē bubonū:⁊ captiuitatē ⁊ mortē in plurib⁹ terris:⁊ ꝯgregationē aldeanoꝝ ⁊ euasiones eorū:⁊ aborsum pregnatarū ex vehementi frigore: ⁊ mortē regis atili cum multitudine nubiloꝝ ⁊ pluuiarū:⁊ casum pegrinorū:

z esse diluuioz. ¶ Cū fuerit luna trāsiēs sup eā sīgt illud bella cadere inter ciues psie z romanos z multos atletos z latrones: et aborsuz pregnantiū z dispsiones azinoz z mortē boū cū siccitate orizontis z paucitate seminum z messiū.

¶ Sermo in mamareth mercurij super planetas.

¶ Et cuz fuerit ♀ trāsiēs sup ☽ significat illud humiditates z inundationes z pluuias.

Sermo i mamareth plaz sup ♀

¶ Et cū fuerit ☽ trāsiens sup ♀ sīgt illud siccitatem orizontis et paucitatē pluuiarum.

Dra vndecima in iudicio sup mamareth planetaz eleuantiū cuz fuerint equidistantes signo aquarij.

POstqz ḡ ꝓmisim⁹ in dra decima sup mamareth planetaz eleuātiuz ad inuicē cū fuerint equidistātes signo capzicorni. Tractem⁹ ergo in hac dra sīgtiones earū sup illud cū fuerint equidistantes signo aquarij.

¶Et cū fuerit ♄ transiēs sup ♃ figt illud angustias q̄ aduenient hominibus ⁊ siccitatē in plurib⁹ regionib⁹ cū supfluitate pluuiarū ⁊ paucitate aquax ⁊ siccitatē fluminū. ¶Cū fuerit trāsiēs sup maret figt illud vehementiā frigoris ⁊ caloris in suis temporibus. ¶Cū fuerit transiēs sup solem figt nimiuz casum mortis in mulierib⁹ cū siccitate aeris. ¶Cū fuerit trāsiēs sup venerē figt illō q⁹ intrabit sup reges pauor et timor: ⁊ forsitan morietur rex babylonie cū paucitate humiditatuz ¶Cum fuerit trāsiens sup mercuriū figt illud homines vti peccato ⁊ p̄cipue in terra armenie in partibus montiū: ⁊ bubones cadere ⁊ mortē in homines ⁊ mortem quorundā filiorum regum aut propinquox cū supfluitate pluuiax: ⁊ multis aquis: ⁊ vehementi frigore. ⁊ paucitate tonitruox ⁊ corruscationū ⁊ corruptionē messiuz ¶Cum fuerit transiēs sup lunā figt illud oppressionē cadere in terra armenie cū paucitate pluuiax ⁊ paucitate aquax.

Sermo in mamareth planetax sup saturnū.

¶Et cum fuerit iupiter transiens sup saturnū figt illud bonū esse ciuib⁹ babylonie ⁊ herbositatē eax: ⁊ herbositatē pluriū regionū cū supfluitate pluuiax ⁊ multis niuibus ⁊ aquis ⁊ inundationibus fluminū ⁊ salute eorum. ¶Cum fuerit mars transiens sup euz figt illud plurimū insultū inimicoruz sup terras arabū cum paucitate aquax ⁊ incessatione pluuiax. ¶Cuz fuerit sol transiens sup euz figt illud angustias cadere in terra armenie cū humiditate orizontis. ¶Cum fuerit venus transiens sup eum significat illud egritudines aduenire hominibus ex tussibus: ⁊ multas aquas cū mediocritate fluminū. ¶Cum fuerit mercurius transiens sup eum figt illud, supfluitatē pluuiax ⁊ multū gelu ⁊ augmentū aquarum in fluminibus: ⁊ paucitatē tonitruox ⁊ corruscationū: ⁊ augmentū messiuz. ¶Cū fuerit luna trāsiens super eum figt illud constrictionē cadere in terrā armenie cū multis humiditatibus ⁊ aquis.

¶Et cuz fuerit mars trāsiēs sup solem figt illud vehementiā caloris t siccitatē aeris. ¶Cum fuerit transiēs sup venerē figt illud mortē aduenire aliquibus matribus filioz reguz cū oppressione que adueniet terre babilonie t pugnā arabum t angustias et multiplicabunt locuste in terra eoruz t in reliquis regionibus t mltiplicabit siccitas t caristiam annone t paucitatē pluuiarū cū diminutione aquaz. ¶Cuz fuerit transiens sup ♀ figt illud cōgregationē ciuiū littoz romanorū t extrema eoz t facere guerram ciuibus babylonie: t nobiles eius discordari t dispendi pecunias eoz t mortē regis alhauuez: t nimiā pugnā t guerras in pluribus climatibus: t quosdaz captiuare alios cū nimia morte in perfia: t in terra montium: et nimiā rapacitatem luporuz: t caristiā habentiū onera ex bobus t camelis t alijs cum multa venatione: t paucitate pluuiaz t humiditatū: t paucitatē aquaz i fluminibus: t caristiā annone. ¶Cum fuerit transiens sup lunā figt paucitatū pluuiaz.

¶Sermo in mamareth planetaz sup martē.

¶Et cū fuerit sol transiens sup martē significat illud humiditatem aeris. ¶Cuz fuerit venus transiens sup euz significat illud cadere nimiā combustionē in plures regiones cū eo q̄ ciues nigredinis facient guerraz ciuibus mōtis: t cadet moz in eos: t supfluitatē pluuiaz: t multas locustas. ¶Cū fuerit mercurius transiēs super eū figt illud multas humiditates: t cogitationē t mortem cadere in homines t cōbustionē pluriū regionū arabuz t insultū inimici in eos cuz caristia azinoz: t supfluitate pluuiarū: t incessante ventoz flatu: t multis messibus. ¶Et cum fuerit luna transiens sup euz significat supfluitatē humiditatū.

Sermo in mamareth iouis sup planetas.

¶ Et cū fuerit iupiter trāsiēs sup martez significat illud ciues montiū facere exercitū cōtra ciues babylonie ⁊ inimicos vincere plures regiōes:⁊ appere gaudia ⁊ salutē ⁊ leticiam post illud cū paucitate pluuiarū ⁊ aquarū ¶ Cū fuerit transiēs sup solē significat illud siccitatē aeris ⁊ tenebrositatē aduenire i orizonte cū supfluitate aquaruz ⁊ multis piscibus ⁊ qō subtiliat ex anib⁹. ¶ Et cū fuerit transiens sup venerē significat illud ꝓsperitatem esse regi thurcox:⁊ dolores paucos aduenire in plures regiones cū plurimis aquis ⁊ tenebrositate aeris. ¶ Et cū fuerit transiens sup mercuriū significat illud regez superare inimicos suos ⁊ fortitan detrimentum pacie ipse per manus eorū:⁊ fortitudinē seruiētiū eius ⁊ plebis eius: ⁊ obedire ciues orientis ⁊ occidentis ⁊ meridiei:⁊ cadere discidiū inter reges romanorū ⁊ inimicos eius:⁊ mortē regis persie ⁊ destructionē maioris eius partis:⁊ multos terremotus ⁊ nubes cū supepfluitate pluuiax ⁊ vehementi frigore. ¶ Et cū fuerit transiens sup lunā significat illud multas humiditates.

Sermo in mamareth planetarū sup ionē.

¶ Et cū fuerit mars trāsiens sup ionē significat illud aduentū pecuniaruz sup regē babylonie: ⁊ mediocritatē aquax ⁊ incrementū plantax. ¶ Et cū fuerit sol transiens sup eum significat illud magnū infortuniū qō cōsequet rex babylonie vnde appropinquabit morti:⁊ rex armenie incurret detrimētū: ⁊ interficient quidaz regum filios suos:⁊ accidet plurib⁹ regionib⁹ siccitas cū paucitate pluuiax ⁊ detrimēto aq̄rū ⁊ fluminū cū paucitate annone ⁊ p̄sertiz interra thurcox ⁊ q̄ est circa eā. ¶ Et cū fuerit ☿ transiens sup eū significat illud interfectionē regis persax destructionē etiā pluriū ciuitatū eius:⁊ insultū regis babylonie sup quosdā amicox eius:⁊ interfici quendā filiorū eius p gladiū ⁊ multā siccitatē:⁊ regē romanorū interficere quosdā propinquorū suorum cū superfluitate pluuiarū:⁊ fortasse tempabunt:⁊ vehementiā frigoris ⁊ augmentū fluminū ⁊ prosperitatē redditū ⁊ terremotus fore. ¶ Et cuz fuerit luna transiens sup eum significat illud humiditates multas.

¶Sermo in mamareth solis sup planetas.

¶Et cū fuerit sol transiēs super venerē significat illud siccitatez aeris. ¶Cū fuerit transiens sup mercurium significat illud ciues alhauuez impugnare romanos cū incessante pluuiarū z prospe/ritatē redditū z inundationib⁹ fluminū. ¶Cuz fuerit transiens sup lunā significat illō tonitrua z coruscationes z fulmina fore.

¶Sermo in mamareth plane/tax sup solē.

¶Et cū fuerit venus trāsiēs sup solē significat illud humiditatē fore. ¶Cū fuerit mercuri⁹ tran/siens sup eū significat illud ciues romanox facere guerrā ciuibus eradie cū supfluitate pluuiarū z incessante ventox flatu. ¶Cū fuerit luna trāsien s super eū significat illud coruscatio/nē fore z tonitrua.

¶Sermo in mamareth veneris sup planetas.

¶Et cuz venus fuerit transiens sup mercuriū significat illud ro/manos facere guerras ciuibus thurcox z alhauuez 'cuz medio/critate pluuiax z coruscationes z tonitrua fore. ¶Cū fuerit tran siens sup lunā significat genera/tionē humiditatū.

¶Sermo in mamareth plane/tax sup venerē.

¶Et cū fuerit mercuri⁹ transiēs sup venerē significat illud thur/cos facere guerrā ciuib⁹ partiuz cū supfluitate pluuiax z multitu dinē tonitruox z coruscationuz z inundationū z incrementum messiū. ¶Et cū fuerit luna transiens sup eū significat illud superflu itatem pluuiarū z incessantē ventox flatū.

¶Et cū fuerit mercuri⁹ transiēs sup lunam significat illud roma nos facere guerrā ciuib⁹ eradie ꝛ paucitatez pluuiaꝝ ꝛ inceſſan tē ventoꝝ flatū.

¶Sermo in mamareth plane tarū sup mercuriū.

¶Et cū fuerit luna trāsiens sup mercuriuz significat illud ciues alhauuez impugnare romanos ꝛ inceſſantem ventorum flatum Postq̄ ergo venimus super illō quod complere voluim⁹. Com pleamus ergo differentiam vn decimam.



Dña duodecima in iudicio sup mamareth planetarū eleuantiū adinui cem cū fuerint equidiſtantes signo piſciū.

Postq̄ ergo p̄miſim⁹ in dña vndecima rememoratione significationuz planetaꝝ eleuantiū adinuicē cū fuerint equidiſtantes signo aquarij Tractem⁹ ergo in hac dña significationes eoꝝ ad inſtar illius cum fuerint equidiſtantes signo piſciū.

Sermo in mamareth iouis sup planetas.

¶ Et cū fuerit iupiter transiens sup martē significat illud multā pmutationez regis babylonie: et cōmozari extra terraz suam: z ea facere sue plebi que pertineant ad laudez cū multa apparentia miraculoz z prodigioz: z venire pauorem in homines cū salute z sospitate succedente ei z calidita tem aeris z eius siccitatē. ¶ Luz fuerit transiens sup solem significat illud siccitatē aeris. ¶ Et cū fuerit transiens sup venerē significat illud cōmunē salutē ciuib⁹ regionū: z mortez cadere impregnatas mulieres: z mltos pisces z qō subtiliaī ex auibus cū multitudine pluuiaz z vehementi frigore. ¶ Cū fuerit transiens sup lunam significat illud paucitatē pluuiaz.

Sermo in mamareth planetaz sup iouē.

¶ Et cū fuerit mars transiēs sup iouē significat illud inimicos facere guerram ciuibus babylonie z ciuibus montiū: z apparentiā gaudij in pluribus regionibus: z contrarietatē propinquoz ppinquis eoz: z reges sese interficere: z dñationē mulierz sup viros cū supfluitate pluuiaz z multis corusca tionibus. ¶ Et cū fuerit sol trāsiens super eū significat illud guerrā fore in terra almuzauli z destructionē plurium eorū z prosperū esse eoz post illud z mortē mulierū z detrimentū volatiliū z presertim qō subtiliaī ex eis cum multis humiditatibus z messib⁹. ¶ Et cū fuerit mercuri⁹ transiens sup euz significat illud interfectionē regis persie: aut interfectionē quorūdaz filiorū eius per gladiuz: z interficiet rex romanoz habentiū propinquitatem: et adueniet ciuibus perse terremotus: z multiplicabiī in babylonia siccitas z fames: z fortasse saltent ciues aldearū sup ciues montiū cum multis pluuijs z ventis z inundationibus magnis. ¶ Et cū fuerit luna transiens sup eū significat supfluitatē pluuiarū z aquaz.

Sermo in mamareth saturni sup planetas.

¶ Et cũ fuerit saturnus transiẽs sup iouẽ significat illud mortez aduenire in plura climata ⁊ inquietudinẽ inimicoꝝ in babylonia ⁊ montib⁹: ⁊ cadere discidiũ inter eos ⁊ paucitatẽ pisciũ: ⁊ qđ subtiliat̃ ex volatilib⁹ sicut passeres ⁊ his filia: ⁊ multas locustas cũ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ niuiũ ⁊ aquaꝝ. ¶ Et cũ fuerit transiens sup martẽ significat illđ multos pisces ⁊ quod subtiliat̃ ex volatibus: cũ vehemẽti calore orizontis: ⁊ multitudinẽ pluuiaꝝ cum mltitudine tonitruoꝝ ⁊ coruscationũ. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup ☉ significat illud siccitatẽ orizõtis cũ pauca eius humiditate. ¶ Et cuz fuerit transiẽs sup venerẽ significat illud mortẽ pregnataꝝ ex mulierib⁹ ⁊ ꝑcipue mulierib⁹ regũ cũ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis tonitruis ⁊ vehemẽti frigore ¶ Cũ fuerit transiens sup mercuriũ sig̃t illud multitudinẽ auiũ ⁊ pisciũ ⁊ inundationes fluminũ ⁊ multas humiditates ⁊ tenebrositatẽ orizõtis. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup lunã significat illud paucitatẽ humiditatũ ⁊ aquaꝝ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnũ.

¶ Et cũ fuerit iupiter transiẽs sup saturnũ significat illud mortẽ regis babylonie ⁊ sessionẽ filij sui post eũ: ⁊ prospeꝝ esse ciuibus climatũ: ⁊ forsitã cõsequet̃ maior pars eoꝝ siccitatẽ ⁊ multos pisces ⁊ ꝙ subtiliat̃ ex volatilibus sicut passeres cũ supfluitate pluuiaꝝ. ¶ Cũ fuerit mars trãsiens sup eum significat illud infortuniũ in plura climata ⁊ multos pisces ⁊ ꝙ subtiliat̃ ex auibus cũ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis tonitruis ⁊ coruscationib⁹. ¶ Cum fuerit sol transiens sup eũ significat illud humiditatẽ aeris. ¶ Cũ fuerit venus trãsiens sup eũ significat illud ciues armenie ⁊ montiũ esse cõtrarios regi babylonie cũ vehemẽti frigore ⁊ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ multas coruscationes ⁊ tonitrua. ¶ Cũ fuerit mercuri⁹ trãsiens sup eum significat illud regem romanoꝝ facere guerrã ciuibus partis orientis ⁊ paucitatẽ volatiliuz ⁊ detrimentũ aquarũ ⁊ incessantẽ ventoꝝ flatoz cũ supfluitate pluuiarum. ¶ Cũ fuerit luna transiens sup eũ significat illud aborsum pregnataruz: et paucitatẽ messiũ ⁊ supfluitatẽ pluuiaꝝ ⁊ multas humiditates.

¶Et cum fuerit ♂ transiēs sup ☉ significat illud siccitatē aeris ¶Et cum fuerit transiens super ☿ significat illud prosperitatem partium regionū:ꝛ multum hominem vti inquisitione bene odorantiū:ꝛ multos pisces:ꝛ qō subtiliatur ex auibus sicut passeres ¶Cum fuerit transiens super ♃ significat illud deponi regē violēter a loco suo:ꝛ aduenire multa incōmoda:ꝛ romanos facere guerram ciuib⁹ babilonie ꝛ impugnare eos cum eo q⁹ aggregabunt romani extrema sua super ripas maris: et pestes aduenire medicis ꝛ interfectionem:et multam venationem et herbositatem in parte occidentis cum superfluitate pluuiarū: et mediocritate aquarum in fluminibus ꝛ marib⁹:ꝛ caristiam annone. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem regis babilonie:et nobiles eius discordari: et pecunias eorum dispendi:ꝛ mortem quorundam regum:et mortem cadere in persiā ꝛ terram montium:et multam rapacitatem luporum:ꝛ valorez habentium onera ex bobus ꝛ camelis et alijs cum paucitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶Et cum ☉ fuerit transiens super ♂ significat illud superfluitatē pluuiarū ꝛ tonitrua et chorusca tiones fore. ¶Cum fuerit ☿ transiens sup eum significat illud mortem regis babilonie:ꝛ multam mortem in homines:ꝛ superfluitatem pluuiarū ꝛ aquarum. ¶Cum fuerit ♃ transiens super eum significat illud mortem regis babilonie:ꝛ multam mortem in hominibus:ꝛ superfluitatem pluuiarū:ꝛ romanos impugnare ciues babilonie ꝛ eos destruere plures eorū regiones:ꝛ ciues babilonie sese interficere ꝛ ponere sese in manus eorum ad mortem:ꝛ multam heresim et incredulitatem: et mortem in homines:et nimiam filiationem:et caristiam asinorum:et mortem ouium: ꝛ multas messes:ꝛ superfluitatez pluuiarum et ventorum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶Et cum fuerit ☉ transiens sup ☿ significat illud siccitatē aeris ¶Cum fuerit transiēs super ♅ significat illud multa volatilia ⁊ pisces:⁊ inundationes fluminū: ⁊ mediocritatem humiditatum ¶Cum fuerit transiēs super ☽ significat illud multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ chozuscatiōes ⁊ fulmina generari.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cum fuerit ☿ transiēs sup sigt illud multas humiditates. ¶Cum fuerit ♅ transiēs sup eū sigt illō romanos facere guerrā ciuib⁹ ozientis:⁊ quosdā reges interfici per regem:et paucitatez volatilium ⁊ piscium:⁊ superfluitatē pluuiarū:⁊ incessantē ventoꝝ flatū. ¶Cum fuerit ☽ transiens sup eum sigt multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ chozuscatiōes.

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.

¶Et cum fuerit ☿ transiens sup ♅ significat illud prosperuz esse hoīm: ⁊ iniusticiaz iudicantium ⁊ multos vaticinatozes. ¶Cum fuerit transiēs super ☽ sigt illud tranquillitatem aeris:⁊ multos pisces:et qō subtiliatur de quib⁹ cum multis pluuijs ⁊ tonitrua ⁊ chozuscationes et humiditates generari.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶Et cum fuerit ♅ transiens sup ☿ sigt illud thurcos facere guerram ciuibz cozastēn:⁊ accidet in q̄rta hyemali mozs: ⁊ pmutātur ciues alhauez ad ozientem:⁊ multiplicabitur mozs in hominib⁹ cum superfluitate pluuiarum ⁊ incessante ventozum flatu. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat superfluitatem pluuiarum ⁊ humiditatum.

¶Sermo in mamareth ♅ super planetas.

¶ Et cum fuerit ☿ transiẽs sup ☽ sig̃t romanos facere guerraz ciuibus orientis: et detrimentuz aquaꝝ: ⁊ paucitatẽ humiditatũ

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶ Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat illud multitudinem volatiliũ ⁊ piscium: ⁊ supfluitatẽ pluuiarũ: et inundatiõz fluminũ Postq̃ ergo venimus ad id qđ narrare voluim⁹. Compleamus ergo differentiam duodecimaz ex tractatu sexto ꝑm ꝙ est complementum eius.

¶ In noĩe dñi misericordis ⁊ pij tractatus septimus in q̃litate scientie signi ꝓfectionis aut alic⁹ ascendentis reuolutionũ annalium cum cõuenit aliqd eorum fore in domo aliq̃ ex domib⁹ aliquoꝝ situũ ascendentiũ inceptionũ premissarũ de quib⁹ supius fecim⁹ mentionẽ: verbi gr̃a. In inceptiõe regni aut coniunctionũ scz magnoꝝ mediocrium ⁊ minorum: aut fuerit directio: aut aliqđ indiuiduoꝝ superioꝝ ascendentiuz in ea scz domo: aut in partib⁹ reuolubilibus super accidentia inferiora: ⁊ sunt differentie duodecim.

Prima dr̃a in sig̃tione signi ꝓfectionis aut ascendentis reuolutionis cũ fuerit ascendens alic⁹ inceptionũ p̃cedntiũ aut signũ ꝯiunctionis aut directio aut aliqđ indiuiduorũ superioꝝ fuerit in eo: aut in ascendente reuolulutiõis sup accidentia inferiora. ¶ Dr̃a scđa in sig̃tione scđe domus adinstar illius. ¶ Tercia dr̃a in sig̃tione dom⁹ tercie adinstar illi⁹. ¶ Quarta dr̃a in sig̃tione dom⁹ q̃rte adinstar illius. ¶ Quinta dr̃a in sig̃tione dom⁹ qnte adinstar illi⁹. ¶ Dr̃a sexta in sig̃tione sexte dom⁹ adinstar illius. ¶ Dr̃a septima in sig̃tione septime dom⁹ adinstar illius. ¶ Octaua dr̃a in sig̃tione octaue dom⁹ adinstar illius. ¶ Nona dr̃a in sig̃tione none dom⁹ adinstar illius. ¶ Decima dr̃a in sig̃tione decime dom⁹ adinstar illi⁹. ¶ Undecima differentia in significatione vndecime dom⁹ adinstar illius. ¶ Duodecima differentia in significatione domus duodecime adinstar illius.

¶ Dr̃a p̃ma in sig̃tione signi ꝓfectionis aut ascñtis reuolutionis cum fuerit ascñs alic⁹ inceptionũ p̃cedentiũ: aut signũ ꝯiũctiõis: aut directio: aut aliqđ supioꝝ indiuiduoꝝ fuerit in eo: aut ĩ ascñte reuolutõis sup accñtia iferiora.

ET quia auxiliãte deo iam ꝑmisimus in tractatu sexto qualiter sciantur accidentia inferiora ab impressionib⁹ indiuiduorum in reuolutionib⁹ annorum ⁊ ex parte mamareth aliorum sup alios. Tractemus itaq; in hoc tractatu qualiter sciantur significationes signi ꝓfectionis: aut alicuius ascendentium revolutionum ꝓcedentium annalium cum ꝯtingit aliq̃ eorum fore in domo ex domibus situum ascendentium ꝓcedentium: aut coniunctionũ: aut directionuꝫ ad aliquod indiuiduorum superiorum super accidentia inferiora Dicamus ergo q; partes orbiculares forsan diuidunt̃ in duab⁹ domib⁹: et erit sigtio adinuenta ex domo in qua est sedens diuisio cum directiones dirigunt̃ ab ea et non ab alia: et qñ diuersificant̃ equidistantie superiorum indiuiduorũ in locis que sunt ex parte ascendentis reuolutionis extra cõmixtionem ꝑm q; equidistant diuisionib⁹: ⁊ dicatur ꝑm illud si deo placet.



¶ Cum ergo eueniet vt signum pfectionis: aut ascendens reuolutionis sit prima domus inceptionū precedentium: aut sit signum coniunctionis: aut fuerint directiones in ea reuolutiōe fm q̄ narrauimus sig̃t q̄ apparebit in regionib⁹ quarū significatiōes illius sunt signi bonitas victus ⁊ inception ū in operibus: ⁊ renouatur res ⁊ complementū earum ⁊ augmentū earum: et vsus dialetice rethorice ⁊ cognitio scientia⁊: ⁊ multitudo vsus sup̄ comest iones ⁊ potationes ⁊ conuentiones: ⁊ emptionem ⁊ venditionē: ⁊ q̄ maio⁊ concupiscētia eo⁊ est ex coloꝛib⁹ pmixto nigro. Deinde considerabis eius dñm ⁊ iudica fm qualitatem loci sui in seipso et ex oꝛbe. ♃ si fuerit in eo multum bonum in illo anno. ♃ si fuerit coniunctio sedens in eo significat oppressionez plebis: ⁊ pestes generari ⁊ egritudines: ⁊ destrutionē plurium regionum: ⁊ paucitatem pluuiarum ⁊ precipue in primo anno.

¶ Et cum fuerit ♄ sedens in eo et sit bone dispositiōis significat illud q̄ erit rex bone mansuetudinis et prouidentie in pecunijs plebis: ⁊ eos obedientes ei cum magna fama ⁊ nomine. ¶ Cum fuerit male dispositōis significat multā iracundiam ⁊ retentionē ire ⁊ fraudis ei⁹: ⁊ vehementiaz siue cupiditatis ⁊ maliciā ⁊ auariciam eius: ⁊ paucitatez laudis eius ⁊ nominis eius: ⁊ paucitatē sensuū et fortune eius cum nocumento ⁊ destructione pecuniarū quod consequetur in illo anno ¶ Cum ♃ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat multos census regis ⁊ bonam voluntatem eius ⁊ bonam fiduciam ⁊ gaudium eius: ⁊ facilitatem moꝛum eius: et salutem hominū in illo anno. ¶ Si fuerit male dispositionis significat illud debilitatez coꝛporis eius: ⁊ paucitatem constantie eius super res quib⁹ vtet cum eo iniusticia et qd reuelabitur per istud. ¶ Et si ♂ fuerit sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat salutem regis ⁊ bonitatez. ¶ Si fuerit male dispositionis significat illud duriciem coꝛdis eius ⁊ grossiciem: ⁊ citā vindictam eius: ⁊ paucitatem constantie eius super res: ⁊ casum eius a sede sua: ⁊ discopertionem eius: ⁊ multitudinem inimicoꝛuz eius cum effusione sanguinum.

¶Et si ☉ fuerit sedēs i eo ꝛ fuerit boni esse significat illud iusti ciam regis et honestatem. ¶Si fuerit mali esse significat ꝛrium illius. ¶Et fuerit ☿ sedēs in eo ꝛ fuerit bone dispositionis significat illud multū gaudiuꝫ hoim: ꝛ bonam fiduciaꝫ eoꝝ. ¶Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium illius. ¶Et si fuerit ♀ sedens in eo et fuerit bone dispositōis significat illud bonum esse iudicum ꝛ mercatē. ¶Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium eius. ¶Et si fuerit ☽ sedēs in eo sitq; bone dispositionis significat ꝓsperitatez rerum plebis in oībus partibus suis. ¶Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad id quod narrare voluimus. Compleam⁹ ergo differentiam primam.

¶Differentia secunda in significatione secunde domus adinstar illius.

POstq; premisimus in dra prima rememoratione sigtionum ascendentis cū fuerit fm illud qđ narrauim⁹. Tractem⁹ ergo in hac dra rememoratoiné sigtionū secūde domus fm illud ¶Dicam⁹ itaq; q; cū ocingit vt sit signū pfectionis: aut ascēs reuolutionis fm aliquaꝫ inceptionū precedentiū aut oiūcti/onuꝫ: aut directio aut aliqđ indiuiduoꝝ in eo: aut in secūdo reuolutionis sigt q; apparebit in regionib⁹ quarū sigtiones sunt illius signi multa venditio ꝛ emptio ꝛ sublimitas ꝛ acgsitio censuū et cōgregatio eoꝝ cum repositione eoꝝ cum ipsis: ꝛ multa restrictione q̄ fiet inter hoies ꝓpter causas eoꝝ cum multo cogitatu futuro: ꝛ plurimum concupiscentie eorum ex coloribus erūt in viriditate. ¶Deinde considera dām eius ꝛ iudicabis ei fm quantitatez loci sui in seipso ꝛ orbe. Q; si fuerit in ascendēte significat multum lucrum hominū in censibus: ꝛ multum argentum et aurum. ¶Si fuerit coniunctio sedens in eo significat illud malum esse plebis ꝛ victiuꝫ eorū: ꝛ vincere super eos ignorantiam ꝛ paucitatem voluntatis in scientijs ꝛ nimiam mortem cadere in illo anno in nobiles ꝛ altos. ¶Si fuerit ♄ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat regem exercere iusticiam in principio rei sue: et eum permutari post medietatem vite sue ad vsuram et diuersitatem eius cum quo inceperat. ¶Et si fuerit male dispositionis:

significat illud inquisitionē pecuniarū ꝛ dissipationē earū ꝛ dispensationē earū in bellis: ꝛ cōtrarietatē militū eius ei ꝛ eos odio habere eū ꝛ vehemen tiā quā incurret in plebe sua cū vehementi pauore ꝛ paucitate ventoꝝ.

¶ Et si fuerit iupiter sedens i eo ꝛ fuerit bone dispositionis signi cat mercatores mltū lucrari. Si fuerit male dispositionis signi / ficat contrariū eius. ¶ Si mars fuerit sedens in eo ꝛ fuerit bone dispositionis sigt illud psperum esse ꝛ multitudinē eoꝝ. Si fue / rit male dispositionis sigt valorē eoꝝ ꝛ mortē habentiū vngues. ¶ Et si sol fuerit sedens in eo ꝛ fuerit bone dispositionis significat regē cōgregare pecuni as. Si fuerit male dispōnis sigt cōtrariū illi⁹. ¶ Et si fuerit venus sedens in eo ꝛ fuerit bone dispo

sitionis significat honorē sapientum ꝛ scīe ꝛ prosperum esse regis ꝛ multi / tudinē dactiloꝝ ꝛ valorē eoꝝ. Si fuerit male dispositionis sigt contrariuꝫ eius. ¶ Et si fuerit mercurius sedens in eo ꝛ fuerit bone dispositionis sigt honorē sapientū ꝛ scientie. Si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶ Et si luna fuerit sedēs in eo ꝛ fuerit bone dispositionis sigt illud ap parentiā boni in plebe. Si fuerit male dispositionis sigt contrariū eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud ꝙ narrare voluimus. Com pleam⁹ igit dām secundā tractatus septimi.

Dā tercia in significatione tercie domus adinstar illi⁹.

POstq̄ igit p̄misim⁹ in dām secunda rememoratione secunde dom⁹ fm ꝙ p̄misimus. Tractem⁹ ergo in hac dā significa / tiones tercie domus fm illud. ¶ Dicam⁹ itaq̄ ꝙ quādo con tingit vt sit signuꝫ profectionis aut ascendens reuolutionis terciū alicuius inceptionū aut coniunctionū aut directio aut aliquod indiuiduoꝝ sedens in eo aut in tercio reuolutionis significat illud qō apparebit in regionibus quarū significationes sunt illi⁹ signi: multū benefacere homines parentibus suis ꝛ precipue mulierib⁹ suis ꝛ multa itinera que facient exercere equitatē ꝛ mansuetudinē ꝛ ponderosi tatē ꝛ intellectus ꝛ apparentiā cogitationis in arte theologie ꝛ pphetaruꝫ ꝛ cogitationib⁹ ꝛ considerationibus infidelib⁹ ꝛ in scīa legum: ꝛ multas di / uersitates ꝛ cōtrarietatē in eis: ꝛ ꝙ maior cupiditas eoꝝ ex colorib⁹ erit ad

citernitatē. ¶ Deinde considera dñm eius z indicabis ex eo fm quātitatez loci sui in seipso ex orbe q̄ si fuerit sedens in ascendente sīgt multa itinera z mutationes. Et si cōiunctio fuerit sedēs in eo sīgt illu fortitudinē z dispositionē regis z eū dissipare census z destruere domos orationis in anno tercio. ¶ Et si saturnus fuerit sedens in eo z fuerit bone dispōnis sīgt illud prosperū esse regis z eū exercere remissionē in plebe sua z bonā honestationē eox z bonū intellectū eox: z eos premittere deceptiones in omnibus ex operibus suis cum multa cōsideratione in rebus regni. Si fuerit male dispositionis sīgt illud vehementer reges participare ceratis z visitare eos z multas permutationes z itinera eox. ¶ Et si fuerit iupiter sedens in eo et fuerit bone dispositionis sīgt illud fortunatū esse mercatox. Si fuerit male dispositionis sīgt illud eius contrariū.

¶ Et si ♂ fuerit sedēs ī eo z fuēit bone dispositiōis sīgt illō nimiā societatē fore inē ꝓpinq̄s. Si fuerit male dispōnis sīgt multā alterationē fieri inter fratres z sorores z patres. ¶ Et si sol fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositionis sīgt reges nimiū frequentare super plebē. Et si fuerit male dispositionis sīgt eius contrarium. ¶ Et si venus fuerit sedēs in eo z fuerit bone dispositionis sīgt paucitatē motus hominum Et si fuerit male dispositionis significat multa itinera aduenire hominibus ad inquisitionē sciētiarū cum rebus iocorum. ¶ Et si fuerit mercurius sedens in eo z fuerit boni esse sīgt multa itinera hominū cum inquisitione sciētiarum. Si fuerit male esse significat contrariū illius. ¶ Et si fuerit luna transiens in eo z fuerit bone dispositionis significat multa hominū itinera ad res boni: Si fuerit male dispositionis significat illud contrariū. Postq̄ ergo venimus ad id q̄ voluimus. Compleamus ergo dr̄am terciam.

Dr̃a quarta in significatione quarte domus adinstar illius.

POstq̃ premisim⁹ in dr̃a tercia rememorationẽ significatio-nũ tercie domus ꝑm ꝙ narrauim⁹. Tractem⁹ itaq; ĩ hac dr̃a rememorationẽ sig̃tionũ dom⁹ quarte ꝑm illud. ¶ Dicam⁹ ergo ꝙ quãdo cõtingit vt sit signũ ꝓfectionis: aut ascendẽs reuolutionis quartũ alicui⁹ inceptionũ p̃cedentiũ aut coniũctionũ aut directio aut aliqd̃ indiuiduoꝝ sedens in eo aut ĩ quarto reuolutionis sig̃t illud ꝙ apparebit in regionib⁹ quaꝝ sig̃tiones sũt illi⁹ signi: cupiditates ⁊ fabricationes ecclesiaꝝ ⁊ vsurpatio terraꝝ ⁊ hered i tatũ ⁊ absconsionũ censuũ mobilioꝝ ⁊ paucũ motũ ⁊ nimiã ꝓuidentiã ĩ his que succedũt ⁊ in morte ⁊ perditione ⁊ causis eius: ⁊ honorabunt̃ patres ⁊ senes: ⁊ ꝙ maior concupiscentia eoꝝ de colorib⁹ erit in rubeo. ¶ Deinde cõsiderabis dñm eius ⁊ iudicabis ꝑ eũ ꝑm quãtitatẽ loci sui in suo esse ex orbe. Q̃ si fuerit sedens in ascendẽte sig̃t angustiã que adueniet hominibus in fine anni. Et si cõiunctio fuerit sedens in eo sig̃t illud multas mutatiões ⁊ itinera ⁊ destructionẽ regionũ ⁊ ciuitatũ in pluribus climatibus in anno quarto.

Q̃ si fuerit saturnus sedens ĩ eo ⁊ fuerit bone dispositiõis sig̃t honestatẽ regũ ⁊ blandiciẽ eoꝝ cuꝫ eo ꝙ exercebunt mẽdacia. Et si fuerit male dispositionis sig̃t debilitatẽ regũ quibusdã senib⁹ ex progenie sua ex his qui sũt maiores in eis etate: ⁊ multas pestes aduenire ꝓgenie eoꝝ ⁊ ꝑticipatione eoꝝ ⁊ angustiã occurrere ĩ carceratis. ¶ Et si iupiter fuerit sedens in eo sig̃t illud fertilitatẽ cibarioꝝ ⁊ annone. Et si fuerit male dispositionis sig̃t caristiaꝫ ei⁹ ⁊ p̃cipue si fuerit signũ terreũ. ¶ Et si mars fuerit sedẽs ĩ eo ⁊ fuerit bone dispositionis sig̃t illud regẽ habere paucos inimicos ⁊ reparationẽ partiũ. Et si fuerit male dispositionis sig̃t multos insurgẽtes nobiles ⁊ insurgere in fine anni. ¶ Et si fuerit sol sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sig̃t delectationẽ regũ ⁊ gaudia eoꝝ. Et si fuerit male dispositionis sig̃t cõtrariũ eius. ¶ Et si venus fuerit sedens ĩ eo ⁊ fuerit bone dispositiõis sig̃t apparere homines in religione ⁊ orõne ⁊ inquisitione boni. Et si fuerit male dispositionis sig̃t cõtrariũ eius.

¶Et si fuerit mercurius sedēs i eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat prosperitatē scriptorum ⁊ mercatorꝝ i illo anno. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶Et si fuerit luna sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat gaudiū hominū. Et si fuerit male dispositiōis significat angustiaz hominū. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud q̄ narrare voluimus. Cōpleam⁹ ergo dr̄az quartā tractat⁹ septimi.

Dr̄a quinta in significatione quinte dom⁹ adinstar illi⁹.

POstq̄z igit̄ p̄misimus in dr̄a quarta rememoratione significationū quarte dom⁹ quādo fuerit fm q̄ narrauim⁹: tractandū est itaq; in hac dr̄a significationes gnte dom⁹ fm illud. ¶Dicam⁹ itaq; q̄ quādo accidit q̄ aut fit signū pfectiōis aut ascēdens reuolutionis quinte alicui⁹ inceptionū aut cōiunctionū aut directio aut aliquod indiuiduorꝝ sedens in eo: aut in quinto a reuolutione significat illud qō apparebit in regionib⁹ quarū significationes sunt illius ngni multa fornicatio ⁊ donatio ⁊ cōcupiscentia in mulierib⁹ ⁊ i filijs ⁊ amicis: ⁊ gaudiū ⁊ leticia ⁊ derisio ⁊ iocatio ⁊ consideratio in rebus antiquis ⁊ in fabricatione ciuitatū: ⁊ vsurpatio reddituū ⁊ multa legatio nūcio rū: ⁊ q̄ maiorꝝ cōcupiscentia eorꝝ de coloribus erit in albedine. ¶Deinde cōsiderabis dōm eius ⁊ iudicabis p eū fm quātitatē loci sui ex orbe. Qz si fuerit sedens in ascēdēte significat multitudinē filiorꝝ in illo anno. Et si fuerit cōiunctio sedens in eo significat multas pestes aduenire in filios ⁊ plātas ⁊ sigt etiā q̄ multa climata cōprehēdet in illo anno. ¶Si fuerit saturn⁹ sedēs in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat multos filios regū ⁊ eos diligere plebē. Et si fuerit male dispositionis sigt q̄ attribuet regnū ⁊ omnia sua filijs suis cū multa morte que erit in eis ⁊ in iuuenibus ⁊ pueris. ¶Si fuerit ♃ sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt salutez pregnatarū in illo anno. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶Et si fuerit sol sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat iocationē regum ⁊ gaudiū eorꝝ. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶Et si fuerit venus sedēs in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat pspērū esse iuuenū ⁊ adolescentiū. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius ¶Et si fuerit mercuri⁹ sedēs i eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat mul-

titudinē filioꝝ. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius.

¶ Et si fuerit luna sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat mltitudinē leticie hominū ⁊ fertilitatē annone. Et si fuerit male dispositionis significat eiꝰ contrariū. Postq̄ ergo venimꝰ ad illud qꝫ narrare voluimꝰ. Lō pleamꝰ ergo dām quintam cuꝫ auxilio dei.

Dām sexta in significatione sexte domꝰ adinstar illius.

